UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Specvlvm Ivris Gvlielmi Dvrandi

**Durantis, Guilelmus**

**Augustae Taurinorum, 1578**

Exceptionibus, & replicat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96857

Visual Library

porro ideo de eo primo diſcutiamus: hic tamen nõ ꝓſequimur, quia hunc articulum inuenies expeditum s̃. de Recuſationibus.

a ¶ De Exceptionibus, & Replicationibus[a]. Rubrica.

QVoniam ſæpe reis ad iudicium venientibus ope exceptionum, actoribus vero ope replicationũ ſubuenit̃, ideo vtile eſt vt de his aliqua pertractemus Et primo dicamus de exceptionibus: ad cuius rei notitiam videndum eſt, quæ ſit exceptionum diuiſio: qñ opponant̃ dilatoriæ: & quando peremptoriæ: & qualiter, & à quibus, & quo ordine opponant̃, & qualiter ſuper eis pronuncietur: vltimo vero de replicationibus adnectemus.

ADDITIO.

a Pileus non formauit de hoc gñalem rubricam: materiã tñ hanc proſequitur ſub rub. de lit. conteſt. ¶ Bagarotus ẽt non formauit gñalem rub. ſed in toto opere ſuo, vt dixit in ipſius operis principio, proſequit̃ exceptiones, quæ repellunt accuſatorem, actorem procuratorẽ, &c. & vide s̃. de actore. ¶ De Vberto de Bonacur. dico idem, vt narrat in ſui operis principio & patet in proſecutione ſpecialius tñ ad propoſitum ponit rub. de excep. dilatoriis, & aliam de peremptoriis. ¶ De Nepo. de Mon. alb. dico idem, vt dixi ſuꝑ procœmio. Idem, licet non ſic aperte, dico de Roſ. in nouẽ rubricis ſui operis, quæ ſequuntur primã. ¶ Opus ẽt Vber. de Bob. totũ plenũ exceptionũ & replicationum ad diuerſas materias: & maxime, vbi tractat de except. ꝯ eum, qui agit nomine proprio, mihi charta 11. ¶ Et ſic Io. de Deo in cauillationibus, maximè lib. 3. quaſi per totum lib. ẽt Iudicũ parte 2. poſt prin. ponit plures rubricas de his. ¶ Tan. ad literã poſuit. rub. ſui operis parte 2. poſt rub. de ꝯtumacibus. ¶ Bonagui. operis ſui chart. pen. poſuit rub. de exceptio. replic. & triplic. & quadriplic. & tractat ẽt materiã in tribus rub. ſeq. ¶ Aegi. in rub. 16. & tribus ſeq. de cæteris exceptionibus tractauit in diuerſis demum rub. proſequẽdis tractat de aliis. ¶ Alb. Gal. poſuit rub. de exce. cũ. ¶ Gui. de Suz. de his inſtruit rub. de oſt. aduoc. rei.

SVMMARIVM.

1 *Exceptiones peremptoriæ vocantur, quæ actionem perimunt, ſeu verius elidunt.*
2 *Exceptio peremptoria competit, de eo, quod dicitur fieri, vel factum eſſe contra legem vel ſenatusconſul.*
3 *Exceptio illa peremptoria dicitur, quæ ſemper obſtat agenti, etiam ſi ceſſauit agere per mille annos.*
4 *Defenſiones illæ proprie dicuntur, quæ ipſo iure tollunt & perimunt omnem actionem.*
5 *Dilatoria exceptio quæ ſit, & quomodo diuidatur.*
*Legatus non tenetur reſpondere ſub iudice prouinciæ, ad quem mittitur.*
6 *Exceptio declinatoria iudicij, ratione reſcripti quomodo intelligatur.*
7 *Exceptiones anomalæ quæ dicantur.*
8 *Exceptio dubia, ſiue miſta, quæ ſit.*
*Exceptio eſt actionis excluſio.*
9 *Agere non dicitur quis ante litis conteſtationem, ſed agere velle.*

1. §. Exceptionum igitur aliæ ſunt peremptoriæ aliæ dilatoriæ, aliæ anomalæ, aliæ miſtæ. Peremptoriarũ aliæ dicunt̃ ſimpliciter peremptoriæ exceptiones, aliæ vero vocant̃ defenſiones, vt ex̃, de lit.
a cõteſt. exceptionis[a]. †¶ Exceptiones peremptoriç vocant̃, quæ
1 actionẽ perimunt, ſeu verius elidunt: ut Inſtit. eod. §. appellant̃, verſi. perpetuæ. ff. eod. l. 3. de quo dicam j̃. §. viſo. ut eſt videre in pacto de non petendo in perpetuum, & in iureiurando, quæ ipſo iure tollunt naturalem obligationem: ciuilem autem non tollunt ipſo iure, ſed eam ope exceptionis elidũt, ff. de ſol. Stichũ. § naturalis. Inſti. de except. §. præterea. j. C. de pact. creditori & l. ſeq. vbi de hoc, ff. eo. ſi vnus. § pactus ne peteret. ff. de iureiur l. fi. ext. de pact. c. fi. ext. de iureiur. debitores & j̃. § dicto. ver. ſed pone. Hic ergo dicunt̃ exceptiones peremptoriæ, ut j̃. §. viſo. uerſi.
b item nota, ꝙ. Et congruentius[b] exceptiones eliſoriæ vocant̃, quia actiones non perimunt, ſed elidunt, ff. de excep. l. 2. Itẽ ẽt exceptiones peremptoriæ dicunt̃, ut exceptio doli mali, & Quod metus cauſa: vel ſi ꝓmiſſum eſt ꝑ errorem, Inſtit. de except. §. j. item exceptio nõ numeratæ pecuniæ, vel dotis, Inſtit. eod. §. 2. ex̃ de fide inſt. ſi cautio. ſed hæ duæ non ſunt perpetuæ. item rei iudicatç, ff. de re iudic. poſt rem ext. eo. ſicut nobis. & in præd. dec. exceptionis. præmiſſa ꝓbant̃ ff de except. exceptiones. §. rei. Itẽ exceptio Vellei & Macedo. & in factum: & gñaliter præſcriptio
1 nes, & vſucapiones, ff de Publi. l. pe & fi. & gñaliter† de omni eo cõpetit exceptio peremptoria, quod dr̃ fieri, vel factum eſſe ꝯ̃
3 legẽ, vel ꝯ̃ ſenatuſconſultum, ff. de excep. l. 3. reſpon. j. †¶ Eſt aũt[c]
c peremptoria exceptio, quç ſemper obſtat agenti, ẽtſi ceſſauit agere ꝑ mille annos: quia nõ erat in poteſtare rei qñ conueniret̃. Et dr̃ perpetua, licet actio, quæ ꝑ eam elidit̃, ſit tẽporalis: quia q̃ annua ſunt ad agendũ, perpetua ſunt ad excipiendũ: quæ dic, ut
d j̃. §. viſo. ver. item nota, ꝙ fere[d]. & dr̃ peremptoria, à perimendo: ſicut peremptorium dr̃: quia cauſam, ex qua agit̃, perimit, vt s̃. de citat. §. viſo. in prin. & not. ꝙ exceptio peremptoria ante litem conteſtatam oppoſita, propriè eſt intentionis excluſio: poſt litem conteſtatam oppoſita, eſt actionis excluſio. vt no. j̃. de lit.
4 conteſt §. j. verſi. ſed nunquid ꝑ except. †¶ Defenſiones aũt dicunt̃ ꝓpriè, quæ ipſo iure tollunt & perimunt oẽm actionẽ, vt eſt ſolutio & acceptilacio. nã ſolutione eius qđ debet̃, & acceptilatione tollit̃ omnis obligatio, Inſtit. quib. mod. tol oblig §. item & ꝑ acceptilationem, & de reg. iur. ſolutionis verbo. Item ẽt renũciatio poteſt defenſio dici: qa ipſo iure tollit ius alterius, ex̃, de renunciatio. ſuꝑ hoc. 7. q 1. quam ſit periculoſum. ex̃ de elect. cum inter R. ff. de ædil. edict. quærit̃. §. ſi venditori. Hæ enim & ſimiles dicunt̃ ꝓpriè defenſiones, & non exceptiones: quia licet defendant reum, & ꝑ conſequens repellant agentem, non tñ excludunt actionẽ, cum nulla ſit ibi actio: ſed exceptio excludit actionẽ, vt dixi. Largo tñ modo poſſũt dici exceptiones, eo ꝙ
e repellunt, ſeu excludunt agentis intentionem, ſ̃m Ber.[e] arg. ff. de cond. indeb. eleganter. §. ſi quis. & j̃. verſi. fina. ſicut vides, ꝙ electi, vel confirmati eſt intentio, ꝙ confirmet̃: & tñ ꝑ exceptionẽ à ſua intentione excludit̃. & hæc exceptio eſt quaſi accuſatio. q̃ dic. ſ̃m Papam, ꝓut not. ext. de elect. cum dilecti. & c. dudum. 2. & de dolo & contu. cum dilecti. & de accuſ. ſuꝑ his. ¶ Dilatoriæ vero ſunt quæ cauſam differunt, Inſti. eod. §. appellant̃. 3. q. 6 §.
5 except. †¶ Dilatoriarum autem alia eſt dilatoria ſolutionis, de qua dicam j̃. §. prox. in prin. alia declinatoria iudicij. & hæc mul-
f tiplex eſt[f] Nam alia competit rõne iudicis, de qua dic exẽpla, ut s̃. de iud. deleg. §. pe. & fin. Alia ratione actoris, de qua dic exempla, ut s̃. de actore. Alia ratione rei, puta quia eſt legatus, vnde non tenet̃ reſpondere ſub iudice ꝓuinciæ, ad quem mittit̃. ff. de iud. l. 2. quod ẽt aliter exemplifica, ut s̃. in tit. de reo. alia ratione ꝓcuratoris: quod dic, ut s̃. de proc. §. 1. 2. & 3. Alia ratione reſcripti: de qua dic exẽpla, ut s̃. de præſent. & recep & impug. reſcrip.
6 †quod intellige, cum impetratũ eſt ſuꝑ obligatione antiqua: ſecus ſi ex eo orit̃ actio: quia tunc vr̃ exceptio ꝯ̃ illud competens peremptoria: qđ dic, ut in Sum. do. mei eo. tit. §. 2. Alia ratione loci, ut quia nõ eſt tutus, vel quia alio loco ſoluere tenet̃. ext. de plus petit c. vnico. Alia rõne tẽporis, ut quia quis citat̃ die feriato: quæ exemplifica, vt s̃. de citat. vel quia alio tẽpore ſoluere tenet̃, ut ext. de plus petit. c. vnico. Alia rõne cauſç, ut quia ſuꝑ pluribus perſonalibus actionibus conuenit̃ quis coram diuerſis iu-
g dicibus, ext. de reſcrip. diſpendia[g]. vel qa ſub ꝯditione obligatus eſt, ext. de cõd. appoſ. ꝑ totũ, ext de plus petit. c. vnico, C. de rei vx. act. l. vnica. Alia ratione libelli, quod exemplifica, vt j̃. de libel. concep. Alia ratione fori, ut s̃. de comp. iud. adit. ad fi. & ſic
7 hr̃ de omnibus, ꝑ quas iudiciũ declinat̃ ad tempus. †¶ Anomalæ vero ſunt, quç nõ ſequunt̃ normam aliarum, quia poſſunt ante litis conteſtationem, & poſt ꝓponi, ſcilicet de quibus dubitat̃ an ſint perpetuæ vel temporales, ut exceptio excõicationis, de qua dicet̃. j̃. §. prox. ver. porro. & ſeq. & non numeratç pecuniç, vel non numeratæ dotis. nam iſtæ duæ peremptoriç ſunt, & temporales, j̃. §. 2. ver. quid de exceptione non numeratæ pecuniæ. & aliæ, de quibus dubitat̃, an ſint tẽporales, vel perpetuæ vt exceptio, quæ dat̃ ratione futuri facti, ſeu temporis, vel accidentiæ, & exceptio, quam maritus habet, ne cõdemnet̃ vltra quã poſſit, vt C. de rei vx. act. l. vnica §. cum aũt in exactione. de hoc no.
h Inſt. de excep. § ꝑpetuç. Sũt & aliç diuiſiões exceptionũ[h], q̃ omnia pro-

ADDITIONES.

a Exceptionis. ¶ Lib. 6.
b Congruentius. ¶ verba Vber. de Bonacu. poſt j̃. prox. illud enim poſuit. 1. & 2.
c Eſt autem. ¶ Verba ſunt Vber. de Bo. tit. de peremptoriis excep. in prin.
d Quod ferè. ¶ An vero redhibitoria ſit perpetua, per eius exceptionem oppoſitam venditori petenti pretium, dicam j̃. de emp. & ven. §. nunc uidendum. poſt prin.
e Secundum Ber. ¶ Cuius verba vide in d. dec. exceptionis. in 3. glo.
f Eſt. ¶ Primas v. poſuit Tanc. vbi s̃. in princ. Adde ad id, quod j̃. dicitur de reſcript. ex quo orit̃ actio, & c. quod vbi exceptio perimit literas & gratiam dicitur exceptio peremptoria: glo. in verbo, obtẽtum. & ibi ſcribentes, in c. j de lit. conteſt. lib. 6.
g Diſpendia. ¶ Lib. 6.
h Exceptionũ. ¶ Tres enim alias poſuit Bonagui. rubr. quot mod. excep. ſumat̃, quas aliqualiter declarabo. dixit. n. ꝙ ſecunda diuiſio erat, ꝙ exceptionũ alia ꝑpetua, alia tẽporalis: & de hac s̃. tactum eſt per qđ patet, ꝙ addere poterat & aliam, de qua dubitat̃. Tertia diuiſio, ꝙ quçdã ſunt perſonales, & quçdã reales: perſonalis, q̃ perſonis inhæret: qđ intellige dupliciter, ſ. de perſona per q̃, & de perſona ꝯ̃ q̃. De primo delegato, de clerico, de excepto, & abundant exẽpla s̃. de reo. De ſcđo, excõicatio, vel ſuſpicio iudicis, excõicatio actoris abundant exẽpla s̃. de act. Reales ẽt ſume dupliciter, ſ. q̃ concernũt rẽ quãlibet, de qua format̃: puta locũ non tutũ, vel remotũ, vel inhoneſtũ, reſcriptũ vitioſum, libellũ ineptè formatũ, & ſimilia: aliç reales, quæ ꝯcernunt rẽ ipſam de qua principaliter agit̃: petis bñficium: dico illud ſublatũ de eccleſia. de ꝯſt. cũ acceſsiſſent, vel ex eius qualitate tibi nõ deberi, cũ ſit dignitas, vel curatũ, & his ſimile. Quarta diuiſio. ꝙ aliæ fauorabiles, aliæ odioſæ, aliæ inductæ ad iuris rigorẽ ꝯſeruandũ, aliæ ꝑꝑ naturalẽ æquitatẽ inductæ. Exẽpla de primis Velleiano, dote, & feriarũ, & ſimil. De ſecũdis, Macedoniani, & criminũ, vt in §. dicto. ver. ſed pone: datus. De tertio, res iudicata. De quarto, nõ nu. pec. qđ met. cauſa, erroris, ignorantiæ, & ſimiliũ: de quibus omnibus infra dicetur.

nia ꝓſequere,vt in Sum.dñi mei eod.tit.§. 2.& tangam de his & aliis ĩ.§.2.ver.quid ſi ꝓcur. minoris.& ſeq.& ĩ. de ꝯclu.& renun.
8 ver.ſunt preterea.;†¶Eſt quoque & alia exceptio,quæ dubiá,ſiue mixta appellaẽ:vt ſi peto à te decẽ,quę mihi ꝓmiſiſti:& tu reſpondes te non teneri, quia ſub conditione ꝓmiſiſti, ſcilicet ſi Titius aſcenderit Capitolium.dubium quidẽ eſt,an ſit dilatoria, uel peremptoria: quia ſi nunquam aſcendat, peremptoria eſt:ſi aſcendat,dilatoria:in dubio tñ peremptoria iudicaẽ,& ideo ante litem conteſtatam ꝓponenda non eſt, ff.de condi ind.ſufficit a-
a lias eſt §.Sed Vber.de Bonacur.conſuluit[a], ꝙ ante litis conteſtationẽ ꝓponaẽ:& vide ĩ.§.dicto.verſi.quid de excep.beneficij.&
b ſeq.¶Eſt ẽt exceptio intentionis,vt ſ̃.ver.defenſiones.Et nota[a], ꝙ cum exceptio ſit actionis excluſio,vt ſ̃ eo.& ĩ.diceẽ,dilatorię quæ ante litis conteſtationem habent opponi, non videnẽ pro-
9 prie dici poſſe exceptiones;†quia ante litem conteſtatam non dr̃ quis agere,ſed agere velle,ff.rẽ ra.hab.amplius Largè tamen poteſt dici exceptio,id eſt actionis excluſio, eo quod actionem tẽporaliter differat:de hoc ĩ.§.proxi.ver.hoc quoque,&c.

ADDITIONES.

a Conſuluit. ¶ tit.de peremptoriis exceptionib.ante fi.
b Et not. ¶ Secundum Bonagui.ti.quot modis ſumatur exceptio.

*SVMMARIVM.*

*1 Exceptio dilatoria quæ eſt declinatoria iudicij, ſurgere, dicitur ex multis cauſis.*
*2 Renuncians omnibus exceptionibus, an intelligatur renunciare eis,quas ſibi competere ignorat.*
*3 Iudex an poſſit cogere excipientem iurare,quod exceptionem non proponat malitiose.*
*Dilatoriam omittens exceptionem, an poſt litis conteſtationem poſſit ad eam redire.*
*4 Iurare volens, quod exceptio dilatoria poſt litem conteſtatam ad eius notitiam peruenit,quę tamen non eſt de nouo exorta, ſed ab initio competebat,an ſit audiendus.*
*5 Dilatoriæ exceptiones omiſſę an poſt ſententiam poſſint opponi, & quibus caſibus.*
*6 Exceptiones dilatorias,& peremptorias,an ſufficiat in genere proteſtari.*
*7 Aduocatus actoris quomodo ſibi præcauere debeat, quo ad exceptiones pronunciandas.*
*8 Exceptio excommunicationis quando poſſit anomala dici.*
*9 Iudex poteſt ex officio excommunicatum á iudicio repellere, etiam parte non excipiente.*
*10 Iudex excommunicatum non repellente,an poſſit reus appellare.*
*Iudex ſecularis an poſſiit exceptionem excommunicationis coram eo propoſitam admittere.*
*Excommunicatus non poteſt conuenire,ſed conueniri.*
*11 Exceptio excommunicationis quo caſu dici poßit peremptoria.*
*12 Exceptiones contra iudicem competentes debent ante litis conteſtationem proponi.*
*13 Excommunicato cuilibet eſt actio deneganda.*
*14 Reus quare excommunicato communicare prohibetur, & non econtra.*
*15 Reus ſciens iudicem depoſitum,uel excommunicatum,& ſcienter hoc tacens,an poſt litem conteſtatam poßit eum repellere.*
*16 Exceptio excommunicationis poſt quem terminum poſſit contra partem proponi.*
*17 Reus ſcienter omittens proponere exceptionem excommunicationis in termino aßignato ad probandas dilatorias,an poßit,aut debeat in expenſis condemnari.*
*Exceptionem excommunicationis ſcienter non opponens,præſumitur malitiose ſubticuiſſe.*
*18 Exceptione probata,ſi ex aduerſo probetur abſolutio,an excipiens ſit cõdemnandus.*
*19 Ignorantia probabilis eſt in facto alieno.*
*Semel excommunicatus,ſemper præſumitur excommunicatus.*
*20 Exceptione contra iudicem oppoſita, quis de hoc habebit cognoſcere.*
*21 Exceptionis articulo finito, qui eſt principalis, an articulus condemnationis finiatur.*
*Exceptio excommunicationis an per replicam alterius excommunicationis tollitur.*
*22 Exceptione excommunicationis facta,deinde replicatione de alia excommunicatione,an prius de exceptione,aut de replicatione fiet mentio.*
*23 Exceptiones affirmatiue proponentibus,incumbit onus probandi.*
*24 Reus habens exceptiones probare ſi deficiat,an in expenſis ſit ſemper cõdemnandus.*
*25 Exceptio dilatoria ĩ quo differat á perẽptoria:& an poßint ĩter ſe ꝓponi.*
*26 Iudice ſeruo,vel fœmina,vel infame exiſtente, quando ſint hæ exceptiones opponendæ.*
*27 Exceptiones de infamia,vel crimine iudicis, vel principis, an poßint cõtra reſcriptum proponi.*
*28 Priuilegium ſi quis alleget,quod non tenetur coram tali iudice reſpondere,prius de tali priuilegio reſpondere tenetur.*
*29 Exceptio dilatoria non debet a iudice recipi,priuſquam reus libellum receperit.*
*30 Aduocatus dilatoriam exceptionem poſt litem conteſtatam proponens, qua pœna ſit puniendus.*
*31 Cautela ad firmandum iudicium cum procuratore, vel tutore, vel curatore,vel ſyndico,vel huiuſmodi perſonis.*
*32 Superior,ad quem appellatur pp exceptiones non admiſſas,qualiter formabit literas commiſsionis, quando cauſam appellationis committit.*
*33 Exceptiones dilatoria propoſita,poteſt aduerſarius petere ſibi cautionem præſtari de expenſis ſoluendis, vel aliqua certa pœna, ſi proponens defecerit in ſoluendo.*

¶Exceptiones dilatoriæ quando opponi poſſint

2.§.Nunc videndum reſtat,quando dilatoriæ exceptiones ꝓponanẽ. Dilatoriarum igiẽ alia eſt dilatoria ſolutionis,alia declinatoria iudicij.Dilatoria ſolutionis dẽt quis ante litis conteſtationẽ ꝓponere,ſeu ꝓteſtari: ſed nõ teneẽ eam ꝓbare,niſi poſt litẽ conteſtatam,ſ.actoris intentione fundata,C.de prob.exceptionẽ. C.de excep.ſi quidẽ.talis eſt illa,ff de
a re iud.ſũt,q in id.Tñ añ publicatas atteſtationes[a],in aut de teſti.
b §.quia vero.& hoc intellige[b],ſiue exceptio ſit ex pacto, vt quia feciſti mihi pactum de non petendo vſq; ad certum tẽpus,vt ff. de excep.l.3.§ j.ſiue etiam ſit ex lege,puta quia condẽnatus ſum in perſonali,vnde nõ teneor iudicatũ ſoluere,niſi vſq; ad quatuor menſes,ext.de off.deleg.quærenti de re iud.quod ad cõſultationem.ff.de re iud.l.2.Itẽ talis eſt illa,ꝙ maritus non teneẽ reddere dotẽ vxori, vel eius hæredi, añ annum à die ſoluti mātrimonij,vt C.de rei vx.ac.l.vnic §.exactio.& §.ſeq.Talis ergo exceptio nõ impedit litis ꝯteſtationẽ,quia tãgit principale negotium:ſicut nec peremptoria,ext.de lit.conte.exceptionis.li 6.Eſt ergo dilatoria ſolutionis,quæ ſolutionẽ differt,vt iam dixi.Vnde ſi petis ante calendas,ꝙ in calendis tibi debeo,excipiam ꝯ̃te, prius quam cedat & veniat dies,nõ potes agere & hęc exceptio ſolutionẽ differt, & vocaẽ dilatoria ſolutionis. ff.de ver.ſig.cedere diem.ff.de uerb.obl.eum qui cal.ex̃, de plus petit. c.vnico.
1 †¶Cæterum dilatoria, quę eſt declinatoria iudicij, quæ ſurgit ex multis cauſis, vt dictum eſt ſupra §.prox.verſi.dilatoriæ ante litis conteſtationẽ opponenda eſt & ꝓbanda & litis conteſtationem impedit,C.de ꝓcu.l.ita demũ.C qui acc non poſ.non ignorat.& inter eas recuſatio iudicis ꝓponenda eſt.quod dic,vt ſ.de recuſ.§ fit autem. Idem etiam eſt in declinatoria fori: & hoc in ſciente: quia ignorans poteſt eam opponere etiam poſt ſententiam,C.eodem, præſcriptionem fori C.ſi à non competen.iudi. l.fi.& generaliter, quælibet dilatoria litis conteſtationem impedit,& ante illam ꝓponenda eſt, extra de excep. paſtoralis C.eo. exceptionem.3.q.6.exceptio fori.C.de proc.l.ita demũ.ex de re iu.inter monaſterium. duabus exceptis, quæ etiam poſt ſententiam poſſunt opponi,vt ĩ § prox. ver hoc tamen.ibi,& notius vbicunq; & ꝓxima iura innuunt tales exceptiones quandoque ante litem conteſtatam poſſe ꝓponi: ideoq; malitioſi aduocati hodie ꝓponunt vnã,& cras aliam, vt ſic lites ꝓtrahant,& agentes repellant:

ADDITIONES.

a Atteſtationes. ¶ Sic ẽt dicit Accu.in præ.l.exceptioné.idem Inno.in dec. paſtoralis.e.ti.vt ibi ſcripſi in glo.magna circ.medium, cui tunc acquieui: ſed nunc declaro,& ante omnia dico,hoc dictum omnino ſequẽdum in foro ciuili,vbi teneretur opinio Io.& Azo.quæ habet, publicatis atteſtationibus non poſſe in cauſa principali teſtes recipi ẽt ſup nouis capitulis:ſed Acc.ꝯ̃.& has alias opiniones ſcripſi in dec.fraternitatis.de teſt.ſuper 3 glo. Secundum ergo opinionem Accur. quam nos Canoniſtę ſequimur, ſolum in cauſa principali diſtinguendum eſt,an dilatio ſolutionis ſit idem articulus cum principali. & tunc procedant,quæ ſcripta ſunt:an vero ſit diuerſus articulus:& tunc ſecus in terminis.Mutuaſti mihi cẽtum, quæ anno finito repetis: ego dico terminum conuẽtũ fuiſſe biennij, & adhuc durare,& ſic dilatoriam ſolutionis allego: ſi tu producas teſtes ad probandum, ꝙ conuentum fuit de anno,hic certum eſt,ꝙ in vtroq; foro,& ſ̃m oẽm opi.ſi volo probare p teſtes conuẽtũ tunc fuiſſe de biennio,ante publicatas atteſtationes hoc facere debeo.idẽ enim eſt articulus,& directè inuicem ꝯ̃rius,vt in cle.de teſtib.c.2.Si autem verum eſt,ꝙ conuẽtum fuit tempore mutui de anno,ſed dico ꝙ ante finẽ anni prorogaſti, vel poſt annũ de nouo cõceſsiſti alium annũ,non video,cum iſte articulus ſit diuerſus à primo,nec ſit directè ꝯ̃rius,cum vterq; poſsit eſſe verus,quare poſt publicatas atteſtationes non poſsim ita illud probare p teſtes;ſicut pactũ de perpetuo non petendo vel ſolutioné,vel aliud tale: dico hoc in foro eccleſiaſtico, vel ſeculari,vbi ſeruaretur noſtra opi.& de peremptoriis ſatis no.de teſti.c.de teſtib.in vlt. glo. Nec video tex. qui me cogat in dilatoria ſolutionis tenere contrariũ: imò planè lecta.l.exceptioné.C.dᵗ ꝓb.& l.ſi qdẽ.de exc.faciũt,p:nec mirũ, qa dilatoria ſolutionis peremptoria eſt,quo ad libellum & eius inſtãtiam, auth.non obſt. quæ ſ̃m uerum intellectum loquitur ſuper eiſdẽ capitulis, vel directè contrariis,ut dixi.
b Intellige. ¶ Secundum Tanc. vbi ſ̃. ver.hic de exceptionibus. ¶ Adde, quod hanc addit.ſequitur Abb. in c.j.de or.cog.& in c.excep.in 4.col.ext. de excep.

tes repellant:arg.extra eo.pia.reſp.i. & de reſti.ſpol. frequens.in
prin.lib.6 Veruntamē iudices iuris remediis tali debent malitię
obuiare.ext.de teſtib.cū cauſam.& c. ſignificauerunt.C.de exe-
cutio.rei iud.l.3.vt videlicet[a] aſſignent vnum terminum perem
b ptorium[b] ad omnes dilatorias ꝓponendas, vt in præd.c.paſto-
ralis.ff.de iud.nōnunquam.arg.ff.ſi cer.pet.quidam.C.de ingen.
man.diffamari.C.qui accuſ.non poſ.ſi ea quæ.ff.de do.inter vir.
& vx.l.4 §.fin.C.de remiſ.pig.ſi eo tempore. Materia enim dan-
darum dilationum amputāda eſt,C,de dila.l.1.in fi.Nam & tuto-
res plures excuſationes habētes,oēs ꝓponere debent intra quin-
quaginta dies,& poſt non audiunt,ff.de excu.tut.quinquaginta.
& arg.etiam in præ c. frequens.§.2.& de hoc ſ.de dil. §.nunc vi-
deamus.in fi.Arg tamen contra:quia non videt,quod poſſit cō-
ſtituere mihi tempus ad futuras exceptiones, quæ nondum in
meam notitiam peruenerunt: arg.ff. quod cuiuſq; vniuer.item
2 corum.§.ſi decuriones.† ¶Nec renuncians omnibus exceptio-
nibus,intelligit renunciare eis, quas ſibi competere, ignorat,ff.
de in off.teſt.mt.ff. de pact. l.tres fratres.ff.de tranſac.cum Aqui-
liana. & l.qui cum tutoribus.§. fi.nec valere vr generalis renun-
ciatio exceptionum, niſi ſpecialiter nominent, ff.ſi quis cautio.
ſed & ſi quis.§.quæſitum.& arg.ad hoc,ff.de excep.rei iud.ſi ma-
ter.§.eandem.j.de renunciat.& concluſ.ver.pone.& verſi.quid
ſi quis.Ibi etiam not.quid iuris ſit,ſi actum eſt, ꝙ nulla exceptio
in iudicio,vel arbitrio,opponat:ſed dic, quod ſtatuere debet vt
prædixi, Idem etiam fieri poteſt de peremptoriis: ꝙ dic, vt j.§.
c prox.ver.vtrum.Vber.[c] tamen dixit, ꝙ nulla lege cautum eſt,ꝙ
præfigat terminus ad omnes exceptiones ꝓponendas, C.de col-
lat.illam.Vnde dicit, quod ſi ꝓpono exceptionem, quæ probara
iudicem repelleret,quandiu pendet eius probatio,probata habe-
tur,ff.de iureiuran.nam & poſtea.in princ.ergo non ſum interim
grauandus alia ꝓbatione:alioquin ſuperflua eſſet,ff.vt leg.nom.
caue.hæc ſtipulatio.in fin.& dicit,quod decr.paſtoralis.continet
iniquitatem in eo,quod dicit,poſt terminum admittendum ſi ve
lit iurare ad eius notitiam perueniſſe, j.§.prox. verſic. ſed pone.
quia homines prompti ſunt ad deierandum, vt ext de iureiuran.
& ſi Chriſtus.& de cohabit.clerico.& mulie.clericos.Dicit ergo
d quod illa in foro ſeculari non ſeruabitur[d], C.de legat.l.j.in auth.
quomodo opor.clericos. in prinс. & quod diuerſis temporibus
exceptiones ꝓponentur.Sed tu tene,quod prius dixi. An autem
terminus ſimpliciter aſſignatus ad omnes dilatorias, proponen-
das,peremptorius intelligatur,dixi ſ.de dilat.prope prin.ver.ex-
3 ceptoriæ.†¶Poteſt etiam iudex excipientem cogere, vt iuret,ꝙ
exceptionem non proponit malitioſè, id eſt,gratia litis differen
dæ,vel cauſa aduerſarium fatigandi:ſed quia ita credit verū eſſe,
prout excipiendo proponit, ext.de elect.cum dilecti.ext.de do-
lo & cont.cum dilecti. C.de iur.cal.l.j. Prædicto autem termino
elapſo,non audietur,ſi quam proponere voluerit.niſi illam fue-
rit proteſtatus,vel niſi de nouo exorta fuerit,vel niſi de nouo ad
eius peruenerit notitiam.quibus caſib.audietur, ſi nihil eſt,quod
ei valeat imputari,quod ſuo ꝓbari poterit iuramento.ut in præ-
dict.dec.paſturalis.& ext.qui mat.accuſ.poſ.c. fi.de off.deleg.in-
ſinuante.ext.de teſt.præſentium.& in conſtit.Greg.X.de elect.ut
circa.lib.6.§ j. Debet antē quis exceptionē ipſam proteſtari ex-
preſſè nominando eam, j.ver.ſed illud. quæ ēt ſcribi debet.ext.
de prob.quoniam ꝯ.Sed nec omittens dilatoriam,poſt litis con-
teſtationem poteſt ad eam redire, ut in præd.c.paſtoralis.& C.de
excep.l. fi.licet ſi de nouo poſt litem conteſtatam exorta fuerit,
bene poterit ꝓponi:ext.de of.del.inſinuante.& c.cū olim.quia ni
hil eſt,quod ſibi tunc valeat imputari, ff.de proc.Pomponius.in
fi.C.de ꝯſor.eiuſd.lit l.2.ff.de arbi.non diſtinguemus.§.cum qui-
4 dam.ff.de inter.act.de ætate.§.ex cā.& in præ. cōſt.vt circa.†Sed
quid ſi velit iurare ꝙ poſt litē ꝯteſtatam ad eius notitiā puenit,q̄
tñ nō eſt de nouo exorta,ſed ab initio ꝯpetebat, nūquid audiet?
e Dicunt quidam, ꝙ ſic Ber.ꝯ.qđ dic, vt no.in præd.c.paſtoralis[e].
Sed nunquid idem erit in peremptorijs? de hoc dic, vt j.§.prox.
f verſi.ſed pone. Prædicta aūt locum habent [f] in exceptione facti,
non iuris:quia nemini licet ius ignorare, niſi certis perſonis,ff.de
iur.& fact.igno.regula.37.diſt.§.fi.¶Quid iuris ſit,ſi is, cui præfi-
xus eſt terminus ad ꝓponendum dilatorias, non venit in termi-
5 no,ſed poſt? Dic,vt ſ.de dila.§ j.ver.exceptoriæ.†¶Sed nunquid
dilatoriæ omiſſę poterunt poſt ſententiam opponi in caſibus, in
quibus & peremptoriæ tunc admittunt, ſi ſunt j.§. prox. verſic.
hoc tamen fallit? Dixit Lotha.ꝙ non: quia maius periculum eſt
in peremptoriis, quam in eis, ff.de Carb.l.j.§.3.42.diſt.quieſca-
mus.7.q.2.c.2 Dominus Simon dixit, ꝙ ſi hoc cōcedit in perem
ptoriis,multo fortius & in dilatoriis, quod minus eſt, ff.de ſer.
expor.cui.ext.de deci.ex parte. vbi de hoc, j.de appella.§.reſtat.
ver.& not.Vel dic,ſecundum Vbert.ꝙ ſi habebat vſque ad quin-
que annos, tunc intra illud tempus pōt eas opponere,ſicut alias
6 ſententia ſuſpendit.ff.ad l. Aqui.in lege. C.de euic.l.j.†¶Sed il-
lud quæritur, an ſufficiat in genere ꝓteſtari omnes exceptiones
dilatorias & peremptorias, vt ſ.de compat.in ter.verſicul.hoc
etiam not.& videt ꝙ ſic, vt C.de probat, exceptionem. Sed dic
ꝯ,imò expreſſè debent declarari ſic, oppono, ꝙ non es ꝓcura-
tor,vel ꝙ feciſti pactū de nō petēdo,& ſimiles, arg.ff.ſi quis cau.
ſed & ſi.§.quæſitum. & videt caſus l. C. de præſcrip. long.temp.
emptor.vbi dicit, exceptionem præſcriptionis. & ſic ſpecificat.
extra.de teſtib.ad hæc.alias incipit præſentium.§.fi.lib.6.de hoc
g extra,de excep.paſtoralis[g].De hoc, & qualiter debet quis nomi-
7 natim ꝓteſtari exceptiones, no. j.§.viſo.ver.ſed qualiter.†¶Et
h nota,ſecundum Vber.[h] ꝙ actoris aduocatus ſapienter agit,ſi iu-
dex ſit ei ꝓpitius, quod ſu p exceptionibus eum verbo pronun-
ciare non faciat,ne det reo occaſio appellandi, ſed ſolum re & fa
cto eas non admittat, ff.de minor. intra vtile. ff.qui ſatiſ.cog ſi
ab arbitro.Sed certe, ſalua eius reuerentia, & à facto, ſeu ꝓceſſu
habito.neglectis exceptionibus,appellari poſſit, vt ext.de appel.
i ex parte. 2 ꝓpe fin.[i] & ext.de re iud.ſuborta. ꝓpe fin.†¶Porro
8 exceptio excommunicationis poteſt,quo ad hoc, anomala dici:
quia quamuis dilatoria ſit, poteſt tamen in omni parte litis & an
K te conteſtationem,& poſt ſententiam opponi: [k] quia contra iu-
dicem ꝓbata facit retro iudicium nullum,ext.de re iud.ad ꝓban-
dum.& not.ſ. de actore, in princ. ver.item quod eſt excommu-
nicatus.& ſeq.ſecus ſi contra partem, vt iam dicam.& qui eam
ꝓponit,debet ſpeciem eius, & nomen ꝓferentis etiam exprime-
re:debet etiam intra octo dies ꝓbare,die, in qua proponit mini-
me computata:& de eadem excommunicatione, vel alia poteſt
ſecundo excipi: ex tunc habebit iterum octo dies ad ꝓbandum:
ſed non tertio,niſi noua emergat excommunicatio, vel euidens,
puta teſtes, vel inſtrumenta, & noua probatio, ſcilicet inconti-
nenti ſuperuenerit de antiqua: ſed & licet ea probata actori in ſe
quentibus excludatur,ea tamen,ſi prius cum eo acta ſunt,tenent.
l hæc omnia habentur extra eod.cap.pia.[l] Qualiter autem forma-
bitur hęc exceptio, & qualiter ſuper ipſa ꝓnunciabitur no.j.§.
9 viſo.uer.ſed quoque.& uerſ.præfixo.†¶Et quando tertio in ea-
dem inſtantia exceptio excōicationis ꝓponitur, exigo iurm de
malitia pp præſumptionem,quæ eſt ꝯ eum:quia toties ꝓpoſuit,
& non ꝓbauit, iurat etiā, ꝙ de nouo peruenit ad eum probatio,
quam tunc offert & facit ad hoc,quod no.j.de iura.cal.§.j.uerſi.
ſecundum.& in dec.Greg.X de elect.vt circa.§.j.li.6.& iudex ex-
communicatum ex officio poteſt repellere, parte non excipien-
te,ut ibi in fi.& eo.tit.exceptionem. 2.q.7.alieni.& hoc in omni
parte litis,licet etiam ab initio eum admiſerit, ff.de poſtulā.quos
10 prohibet.†¶Quid ſi non repellit, nunquid reus ex hoc poterit
appellare? de hoc ſ.de off.iud.§.impedit. & iunge hic,quod not.
in præ.ver.item quod eſt excommunicatus.& ſeq Et nota,quod
iudex ſecularis debet admittere exceptionem excommunicatio
nis corā eo ꝓpoſita, & ēt exceptionē rei iudicatæ in foro eccle-
ſiaſtico:& poteſt ad hoc cogi p cēſurā eccleſiaſticā, ut in conſti.
m Ale.IIII.de excep.quia nōnulli[m]. Excōmunicatus ergo non pōt
11 cōuenire,ſed cōueniri ſic:ext. de iud.intelleximus. †¶Quādoq;
tamen hęc

ADDITIONES.

a Videlicet. ¶ Verba Vber.de Bo.de excep.contra reſcripta,ver.pen.vſque ibi, j.de renuncia.

b Peremptoriū. ¶ Qui talis intelligit,ēt ſi non exprimat,vt hic in fi. remittit.

c Vber. ¶ de Bob.& hoc dixit, vbi de aduocato rei mihi charta 9.

d Seruabitur. ¶ Dicens,ſe hoc non dicere pro iſto articulo tantum ſed etiam pro ſimilibus.

e Paſtoralis. ¶ In vlt.glo.& ut ibi,ſcripſi,Gof.Inno.& Hoſt.tenent primum ¶ Adde,quod Iac. Bu.in l.2.C.de conſor.eiuſd. lit.tenet, quod poſt litem conteſtatam ſit audiendus.Idem tenet Salic.ibi,& Bar.l.error.in fi.2.col.C. de iur.& fac.ignor.& hoc ſi eſt ignorantia facti:& cum opi.prędictorum cō cordat Iac.de Aren.in l.de die.§.ſi ſeruus. ff.qui ſatiſd.cog. Et adde,quod notant Cano. in cap.ex conqueſtione.de reſtitut.ſpol. ubi dicunt eſſe gloſſ. ſingularem,quod licet exceptio dilatoria debeat opponi ante litem conte-ſtatam tamen hoc eſt verum, niſi ante non potuiſſet opponi obſtante iuris impedimento. An autem omiſſa dilatoria in principali, poterit opponi in cauſa appellationis? dic,ꝙ ſic:gl.eſt notabilis in c. ad audientiam.el 2.extr. de reſcrip.& ibi no.do.Ant.quod mulier, minor, ruſticus non opponentes dilatoriam ante litem conteſtatam poſſunt eam opponere poſt:quia præſu mitur, quod per iuris ignorantiam omiſerit, ut dicit Bald.in d.l,de die.§.ſi ſeruus.per illum tex.in verbo.minor.ſecundum lec.Ioan.& uide plenę per Abb.in cle.paſtoralis.

f Habent, ¶ Secundum Vber.ubi ſ.prox.

g Paſtoralis. ¶ In 3.glo. ¶ Adde Bal.in l.j.C.de iur.& fact.ign.& ibi Bart.& Bal.in l.licet.& in l.nihil.C.de proc. & ſicut ignorans admittitur ad excep-tionem proponendam,ita dubitans poſt certificatus ita Cy.& Bal.in l.fin. C.de fur.

h Vber. ¶ De Bo.mihi charta 7.In fi.ver.caue tibi.

i Prope fin. ¶ Et uide,quod ſcripſi eod.tit.dilecto.ſuper uer.appellatum.

k Opponi.¶ Et etiam poſt terminum.ut ſequitur in uerſ.ſed nunquid.¶ Ad-de,quod exceptio excommunicationis poteſt ſæpius proponi in vim di-latoriæ,non peremptoriæ,ut tenet Feder.conſ.118.

l c.Pia. ¶ Lib.6.

m Nonnulli. ¶ Quam non habemus: ſed de primo dicto dec. ipſius habetur de ſen.exc.decernimus.lib.6.de ſecundo habemus decr.Bonifac.hoc eo.tit. cum quidam.eodem lib.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

tñ hæc exceptio eſt vere peremptoria:puta cum ꝯtra electũ op-
ponit.tũc.n.in totũ perimit ius electi, ext.de elec venerabilem.
de cõſue.cum dilectus.& de cleri.excõ c.fi.& hæc quodãmodo
eſt ſimilis exceptioni falſi ꝓcuratoris, quæ in quacunq; parte li-
12 tis opponi põt.ext.de ꝓc.in noſtra.in fi.& C.e.ti.licet. † ¶Quid
ſi termino aſſignato ad omnes dilatorias proponendas,reus ſci-
enter omittit hanc exceptionem contra iudicem:nunquid poſt
terminum illum,ſeu poſt litem conteſtatam poterit eam oppo-
a nere? Dicit G.Na.[a] ꝙ non: & Papa idem no. ex. eo.paſtoralis[b].
b nam exceptiones contra iudicem competentes, ante litis con-
teſtationẽ debẽt ꝓponi.3.q 6.§ exceptio. vnde poſt litem videt
in eum conſentire, 3.q.3.offerat.Tu dic cõtra, arg.ext.de excep.
exceptionem.nam hæc exceptio facit retro iudicium nullum,vt
ext.eo.pia.& arg.ff.de iud.non idcirco.& ext.de ꝓcur. in noſtra.
c ad fi.in actore tamen poſſet dictum eorum tolerari[c]. † ¶Idem
13 quoq; eſt ĩ ꝓcuratore, vt quandocunq; huius exceptionis præ-
textu poſſit repelli,etiam ſi reus nolit eum à ꝓcuratione,ſed ſo
lum à cõmunione repellere:& hoc,ſiue in veritate ſit ꝓcurator,
ſiue nõ:& ſiue ſit in rem ſuam,ſiue nõ: quia cuilibet excõmuni-
cato denegat actio, ext.de off. deleg.prudentiam. §.ſexta. Idem
etiam in teſte,vt ei poſſit quandoq; opponi.& idem in denuncia
d tore,& in accuſatore,& impetratore inquiſitionis[d], niſi papa ex
officio ſuo procedat,ext.de accuſ.olim.Item poteſt opponi ex-
cõmunicatio poſt concluſionem,& etiam poſt ſententiam con-
14 tra executionẽ,vt in præ.c.pia.§.fi.† ¶Sed quare reus nõ poteſt
cõicare excõicato,vt ext.de exce.exceptionẽ.ſicut ecõuerſò fie
ri põt.vt ext.de iu.intelleximus. Reſp.in odiũ excõicati,ne ex ſua
15 malitia lucret. † ¶Sed quid ſi iudex erat depoſitus, vel excom-
municatus,infamis,& reus ſcienter hoc tacet?notat Vinc.in prę.
c.paſtoralis. quòd nequit eos poſt litem conteſtatam repellere,
obſtante ſibi termino ſupra dicto. Quod mihi nõ placet in iudi
ce,ſi ratione dignitatis,à qua depoſitus erat, iuriſdictionẽ habe-
bat,& nunc factus ſit priuata ꝑſona.Idemq; dico in omni exce-
ptione,quæ retro facit iudicium nullum , vt præmiſi: & probat
16 ĩ.verſi.ſed quæro. † ¶Sed nunquid poſt huiuſmodi terminum
poterit hæc exceptio excommunicationis cõtra partem propo
ni?Papa no.in præd.c.paſtoralis.quòd non,termino peremptɔ-
rio obſiſtente, argu.ext.eo.exceptionem & C.de inge. ma.dif-
e famari.Ber.& do.meus no.contra ibidem,& bene[e]. nam hæc ex-
ceptio ſemꝑ poterit ante ſententiam proponi, huiuſmodi ter-
mino non obſtante:& etiam poſt ſententiam contra executionẽ
vt in præd.c.pia Qui enim talẽ aſſignat terminum, intelligit,ſo-
lum de dilatoriis, quæ ante litis conteſtationem proponi habẽt:
& non de exceptione,quæ anomala eſt, & ſemper proponi po-
teſt,vt dixi:maxime ꝓpter periculum cõmunionis,vt 11.q.3.cũ
excommunicato ext.de cle.excom.illud.de ſenten.excom.ſolet.
f & in præd.c.exceptionem[f]. † ¶Sed nunquid reus ſcienter omit-
17 tens ꝓponere hanc exceptionem in termino aſſignato ad pro-
ponendas dilatorias,eſt condemnandus in expenſis?Et dicunt q-
dam ſimpliciter,quod ſic:& videt expreſſum in præ.c.exceptio-
g nem.verſi.quid ſi eam.Tu dic[g], quod aut cõpetit cõtra iudicẽ,
aut contra actorem:ſi contra iudicem,& reus ſcienter omittit eã
ꝓponere in termino, vt actor ſumptibus & laboribus inutiliter
fatiget,ſi poſtmodum in ꝓceſſu eam opponit, ſiue añ litis con-
teſtationem, ſiue poſt,locum habet condemnatio in expenſis.&
eſt rõ: quia ea ꝓbata non tenet proceſſus: & ſic actor inutiliter
laborauit:præſumit enim malitioſè ſubticuiſſe,ext.de re iudi.ad
probandum. Et ſecundum hoc poteſt intelligi præd. dec.exce-
h ptionem.Si vero ꝯ actorem[h], non ꝑ hoc reus ſcienter eam in
termino omittens,& poſtea ꝓbans, eſt condemnandus:quia li-
cet actor in ſequentibus excludat:valent tñ,quæ cũ eo acta ſunt.
in præd.dec.pia.& ita non intereſt actoris, quia non inutiliter la
borauit, arg.ex, de off deleg.prudentiam.§.ſexta.& præterea a-
ctor,ꝯ quem ꝓbata eſt excõicatio,non debet cum diſpendio ꝓ-
bantis impugnari, nec de excõmunicatione ſua commodum re-
18 portare.† ¶Quid ſi probat exceptio,& ex aduerſo probat abſo-
i lutio?Reſpondeo: Aegid.[i] non credit excipientem condemnan-
dum,cum malitia nulla appareat, quam requirit decretal.pia.in
principio.cum enim abſolutiones non fiant publicè,non impu-
tat reo,ſi non diuinauit:arg.in præd.decr.exceptionem.in fin &
k vt ecclеſ.benefic.c.vnico,& arg.ext.de elect.ſtatuimus.in fi.[k] ff.
19 de leg.2.qui ſolidum.2.q.3.Paulum.†ignorantia enim probabi-
lis eſt in facto alieno,ut ff.ꝓ ſuo, l.fin.& argu.ff.de ꝓbat.verius.
Item qui ſemel fuit excommunicatus,ſemper præſumit excom-
municatus, arg.ext.de cleric.excom. propoſuit.& de ſent.excõ.
ſicut.& c.cum deſideres. Sed opponit, quia licet ille probauerit
excommunicationem , certum eſt tamen quod non probauit a-
ctorem excommunicatum eſſe, & ab agendo repellendum, ad
quod intendebat : quia verba cum effectu ſunt accipienda, vt ff.
quod quiſque iur.l.j.§.hæc autem.extra , de cleric.non reſident.
relatum.& ſic tanquam in probatione deficiens , eſt in expenſis
legitimis condemnandus. debuit enim diligenter inquirere , v-
taum ille abſolutionem obtinuiſſet: quod potius præſumere de
buit:quia non eſt veriſimile , quod tanto tempore fuerit imme
mor propriæ ſalutis,ut 1 q.2.ſancimus.alioquin liberum erit cui
libet de qualibet excommunicatione,quantuncunque antiqua,
excipere: & ꝑ conſequens litem impune protrahere,cõtra men-
tem prædictę conſt.pia. Vnde dico, quod niſi iuratùm fuerit de
malitia ſuꝑ ipſa exceptione, vt ſ.verſic. porro. vel etiam de ca-
lumnia in principali,vbi poſt litis conteſtationem opponit,be-
ne condemnabit excipiens in expenſis, vt in prædict.decr.pro-
poſuit.& ad hoc facit lex:quia nihil refert.an ipſo iure quis non
habeat actionem.an habeat,ſed ꝑ exceptionem repellat,vt ff.de
regu.iur.l.nihil. Si autem iuratum fuerit obtinet prius dictum:
quia tunc vna præſumptio ꝑ alteram tollit, arg.ex,de elect.cũ
inter R.ſeniorem.& facit ad hoc ĩ.de expen.§ ſi ante. verſic.ſed
nunquid.& ĩ.in tract.libel.in tit.de calum.verſicu.quid ſi accuſa
tor.¶De probatione autem huius exceptionis , & quando præ-
dicti octo dies currant:& an ſine iudicis prefixione:& quid iuris
ſit,ſi intra illos octo dies teſtium dicta non publicant. vide ſ.de
20 dilat.§.j.verſi.ſed & ſi.& ſeq.† ¶Sed ſi hæc exceptio contra iudi
cem opponitur,quis cognoſcet de hoc? Reſpondeo:not.domi
nus meus in præd conſt.pia.quod ſi ſit ordinarius,tunc ſuperior
& ordinarius:ſi vero ſit delegatus papæ,tunc arbitri cognoſcent:
l & de hoc ſ. de recuſat.§.fina verſi. nunquid excommunicatio[l].
21 † ¶Sed quid ſi iudex pronunciat exceptionem non eſſe proba-
tam,non tamen condemnat opponentem in expenſis,nunquid
actor poterit petere,quod in proceſſu,vel in ſententia eum con-
demnet? Dicunt quidam, quod non: & imputet ſibi,ꝙ non pe-
tiit eum condemnari: arg.de ver.ſig.dilecto.& arg.C.de fruct.&
lit.expenſ.terminato.finito exceptionis articulo,qui principalis
eſt, articulus condemnationis, qui eſt acceſſorius , vt patet ex
verbis condemnationis , per conſequens finitus eſt , C. de vſu-
ris,eos & eo ipſo quod iudex non condemnauit, videtur abſol-
uiſſe,argum. C ſi plures vna ſent.condem.fu.l 1. & 2.& C. ſi ad
uer.rem iudic.l.1. Alij contra,arg.C quando prouoc.non eſt ne-
ceſ.l.fi.ff.de excep,rei iudic.euidenter.& dicunt,quod prædicta
iura loquuntur in ſententia ſuper principali lata:ſecus dicunt in
m interlocutoria.de hoc dic,vt ĩ.de expẽ.§.poſtremo.verſ.illud[m].
Sed nunquid exceptio excommunicationis tolletur per replica-
n tionem alterius excommunicationis? Reſpon.non:ut eodem ti.
22 dilecti[n].dicam ĩ.§.fin.verſi.item no.† ¶Sed de qua cognoſcetur
prius,de

## ADDITIONES.

a G.Na. ¶ Non inueni:ſed in decr. ſciſcitatus.de reſcr.ipſe fatet exceptio-
nem ẽt poſt ſñiam admitti in publice excõicato, in occulto nõ. ¶ Adde,ꝙ
Abbas poſt Cal.in d.c.ſciſcitatus.dicit,ꝙ geſta ab excõicato ſunt retractan
da,qñ acta ſunt in fauorem partis ſcientis illum excõicatum:quod dicit eſ-
ſe notabile ad limit.l. Barbarius.de off. prætor.& vide per Abb.in c.exce-
ptionem.& ibi,an malitioſè differens opponere ꝯ perſonam iudicis,ſit cõ-
demnandus in expenſis. Quid autem,ſi ꝯ iudicem fuit exceptum,nunquid
poterit ſtatuere hunc terminum?Hoſt.tenet quod ſic:Abbas,quod non ra-
tionibus,de quibus per eum in c.paſtoralis.extr.eo.
ADDITIO. Adde circa primum dictum pręced.addit. Fel.in c.poſt
ceſſionem.col.7.ver.2.concluſio.ext.de proba.vbi determinat,an geſta cũ
procuratore excõicato, ẽt occulto,ſint nulla, ẽt ſi ꝯſtituens hoc ignoraſſet:
& an proceſſus factus cũ actore excõicato, valet:vide do.de Ro.deciſ.718
inc.dic,ꝙ ſi agatur.in antiquis:ubi dicit.quod ſic,ſi non opponatur.Et ad-
de,ꝙ excõicatus non poteſt petere executionem ſententiæ, ſecundum In-
no & Hoſt.in c. venerabilem. extr.eodem , de excep. vt refert Archi.qui
ita videtur tenere in ca.ſicut.2.q.1.& ponit Guid. Papæ,ſin.422.inci.con-
ſules.Hen.Ferran.
b Paſtoralis. ¶ Vt ibi ſcripſi ſuper.j.glo.
c Tolerari. ¶ Imò non poſſet, vt ĩ.ver.ſed nunquid.
d Inquiſitionis. ¶ Hic de reſcri.c.j.lib.6.in glo.quid ſi.& ĩ.de inquiſ.§.j.uer.
quid ſi impterator inquiſitionis.
e Bene. ¶ Et hoc eſt approbatum per cle.de excep.c.vno. Idẽ tenuit Vber.
de Bo.vbi ſ.de exceptione excõicationis: vbi ẽt dicebat de ea parũ in iure
ciuili haberi:habetur tamen in auth.de ſan.epiſ.§.nullum autem.ibi,ſolu-
ta excommunicatione.& de interdic.hęret.colle. ante fin.ibi , anathemati-
zentur.& no.C.de ſacr.ſanct.eccleſ.l.placet.& C.de ſum.trin.l.2. ¶ Adde,
quod idem tenet Abb.in d c.paſtoralis.
f Exceptionem. ¶ Tu dic idem,etiamſi hoc intellexiſſet iudex,& expreſſiſ-
ſet:vt no.in præ.cle.in fi.pen.glo.
g Tu dic.¶ Secundum Aegid.rub.32.vltra medium.
h Actorem. ¶ Intellige,ita ꝙ non ꝯ reſcriptum:nam tunc ſecus,propter ra-
tionem premiſſam,ut etiam ſcripſi in decr.exceptionem.& ſuper gl.etiam
fi. ¶ Adde,ut plene per Abb.in d.c.exceptionem.
i Aegid. ¶ Continuatur dicto ſ.prox.vide, quod ſcripſi in ca.pia.ſuper ver.
no.probauit.
k In fi. ¶ Lib.6.
l Excommunicatio. ¶ Vide quod ſatis dixi in præd.c.pia.ſuper ver.iudex.
m Illud. ¶ Vide,quod ſcripſi in decr pia.ſuper ver.in expenſis.
n Dilecti. ¶ Idem Goffred.in ſum.huius tit.in fin.per eandem decr.dicit au
tem,quod olim tenebatur contrarium,per decr.à nobis.eodem.tit. ¶ Ad-
de quod ſcribitur per Abb.in d. c.cum à nobis. & c.dilecti. & Bald.& An.
Barto.& nouiſſ.in l.cum mulier.ff.ſolu.mat.

prius, de exceptione, an vero de replicatione? Ioan. de Deo not.
a hanc inter ſuas quæſtiones[a], & dicit, quod de replicatione: arg.
præ. dec. intelleximus. & ext. de offic. deleg. prudentiam. §. ſexta.
quod reprobo ꝑ præ. dec. dilecti. Argu. tamen pro eo, eo. titu. à
nobis. à contrario ſenſu. Sed hæc quæſtio non ꝓcedit, ſecundũ
b ea, quæ no. ſ. uer. prox.[b] † ¶ Licet autem ſecundum premiſſa lata
23 uia reo patet dilatorias proponendi, non conſulo tamen quod
ſint multum prompti aduocati ad perdendas animas, & ad exce
ptiones dilatorias ꝓponendas: imò diligenter conſiderent, vtrũ
poſſint eas probare: nam ſi eas affirmatiue ꝓponunt, eis incum-
bit onus ꝓbandi, ut dicam j. §. viſo. in princ. niſi forte in quæſtio-
ne mendacij, ꝑ quod dr̃ reſcriptum impetratum: quia tunc, ſe-
c cundum Vbert.[c] impetrans habet ꝓbare ſe illud ꝑ veras preces
impetraſſe: ſed & opponens, ſi uelit, poteſt contrariũ oſtendere,
C. ſi ꝯ ius, uel util. public. preſcriptione. quæ eſt 25 q. 2. C. de dilat.
ſi quando. quæ eſt 3. q. 3. § ſpatium. Si igit̃ reus, qui habet ꝓbare,
deficit in probando, condemnabit̃ in expenſis, maxime ſi ſint fri-
uolæ, C. de iudic. properandum §. ſin autem. C. de app. à procon-
ſulibus. ff. de proba. in exceptionibus. in prin. in auth. de iud. §. o-
portet. C. de aduoc. diuer. iud. l. j. ext. de dolo & contu. cæterum.
24 & de pœnis. calumniam. † niſi forte reus ꝓbet ſe habuiſſe iuſtã
cauſam, ſiue occaſionẽ credendi ſibi competere illam exceptio-
nem, ut C. de calum. qui non probaſſe. ad quod facit in auth de
d iud. §. oportet. 2. q. 3. Paulũ. ext de elec. ſtatuimus. ad fi.[d] † ¶ Hoc
25 quoque notandum eſt, quod peremptoria non debet inter di-
e latorias proponi cum effectu, licet poſſit ꝓteſtari.[e] Et eſt ratio,
quia diuerſos habent effectus dilatoria enim differt, ſed non au-
fert principalem actionem, nec ei opponit̃: peremptoria ſic: vn-
de oportet, quod præcedat actio, cui opponat̃, & quam auferat,
f ut probat̃ & not. ext. de lit. conteſt. exceptionis[f]. Sed ante litis
conteſtationem non dr̃ quis agere, ſed agere velle, vt ſ. §. prox.
in fi. Arg. tamen ꝯ. ext de renunc. veniens. vbi lite non conteſta-
ta ſuꝑ principali, ſcilicet ſuꝑ petitione præbendæ, probationes
fuerunt admiſſæ ſuꝑ exceptione peremptoria: quia exceptum
fuit, quod ille Io. renunciauerat literis. ſed dic, quòd ibi fuit lis
conteſtata, vt ibi no. glo. Item & exceptio renunciationis impe-
dit litis conteſtationem, ut not. ſ. §. j verſi. defenſiones. Si quis
igit̃ exceptionem peremptoriam conuertat in dilatoriam ꝯ re-
ſcriptum non debet admitti in vim dilatoriæ: alias quælibet pe-
remptoria poſſet reduci in dilatoriam: & econtra: quod ridicu-
lum eſſet. Arg. tamen ꝯ, extra. de donat. inter vir. & vx. ꝑ veſtras.
vbi exceptio rei iudicatæ reducit̃ in dilatoriam ꝯ reſcriptum.
Sed dic, ſecundum Gof. quod ibi non proponebat̃ exceptio rei
iudicatæ, ſed proponebat̃ exceptio dilatoria ꝯ reſcriptum: ꝙ ui
delicet in ipſo non fiebat mentio de proceſſu: vt ext. de re iud.
inter monaſterium. & de fid. inſt. inter dilectos. Hodie autem ex
ceptio rei iudicatæ ꝯ literas opponit̃, ut dicam infra §. ꝓx. uerſ.
g rurſus. Peremptoria autem in vim dilatorię proponitur[g]: puta,
ſi quis dicat, non poteſt eſſe iudex in hac cauſa. quia T. aduerſa-
rius meus fecit mihi pactũ de non petendo in perpetuũ: uel mihi
detulit iuramentum, & ego iuraui me nil ſibi debere, & ſic de ſi-
milibus. Dilatoria uero proponitur in uim peremptoriæ: vt ſi qs
dicat, non teneor tibi dare decem, quæ à me petis: quia iudex co-
ram quo me trahis, eſt tuus amicus: uel quia reſcriptum tuum
eſt ſubreptitium. Hæc igitur ſtare non poſſunt. nam cum diuer-
ſos habeant effectus, ut dixi in præmiſſis exemplis, quod eſt dila-
toriæ, ſcilicet differre, attribuitur peremptoriæ: quę habet aufer
re, & econtra: quod eſſe non debet, nec etiã ſic debent permiſce
26 ri. † ¶ Sed quęro de his exceptionibus, ſcilicet quod iudex eſt in
famis, vel ſeruus, uel fœmina, & ſimilibus quando debẽt propo-
ni? Reſpondeo, ante litis conteſtationem, cum ſint dilatorię: &
etiam probari, argum. extra de arbi. dilecti. C. de exce. l. penul. li-
cet quidam contradicant. Secus forte in his, qui natura ꝓhiben-
tur, ut furioſus: cum iura naturalia ſint immutabilia, 5. diſtinctio
ne. in principio. Item ſecus in his qui iudicio carent, ut impube-
res. Tamẽ quantum ad fœminam, obtinuit contra. Nam ſenten
h tia fuit retractata, quia fœmina fuerat iudex in cauſa[h], licet hęc
exceptio non fuiſſet ante litis conteſtationem ꝓpoſita, ſed poſt.
Et hoc ideo dicebatur: quia idem foret in ſeruo, niſi publice pu-
blicis officijs fungeretur, ut ff. de off pręt. Barbarius. Fęmina eñ
& ſeruus, quo ad hoc impedimentum, ſimiles ſunt, ff. de iud. cũ
pretor. §. moribus. Sed pimum verius, ſecundũ quoſdam, vt ſo-
lum ante litis conteſtationem proponantur, vt no. C. de procur.
i ita demum. Vber. de Bob. diſtinguit. Nam aut opponitur iudici,
quod ipſo iure nõ habet iuriſdictionem, & tunc poſt litem con-
teſtatam, & ẽt poſt ſententiam, quandocunque poteſt hęc exce-
ptio proponi, & idem eſt, vt dicit, in qualibet exceptione, quę ꝓ
bata facit iudicium apparere, nullum, ut j. prox. verſi. hoc tamẽ
ibi, & nouus, &c. & hoc, niſi probetur ſcienter pars litigaſſe ſub
eo, & ſponte, ff. de iur. om. iud. l. j. C. de epiſc. aud. l. epiſcopale. Si
vero iuriſdictionẽ habet, ſed ei aliquid opponitur, ut repellat̃,
tunc dicit, quod ſiue ſcienter, ſiue ignoranter omittatur, vſque
ad ſententiã, & non poſt, valet opponi. C. de iur. & fac. ignor. er-
27 ror Ego dico, hoc inter dilatorias debere opponi. † ¶ Sed nun-
quid hæ exceptiones uidelicet quod iudex, vel impetrator eſt in-
famis, vel criminoſus, poſſunt contra reſcriptũ opponi? Reſpon
deo, non: quamuis ſi papę fuiſſet dictum, non dediſſet infamem
iudicem. Nam tales exceptiones competunt, vt dilatoriæ contra
iudicem, vel etiam contra impetrantem: ſed literę bene valent, li-
cet non faciant mentionem de his, quę nec proceſſum negotij,
nec principalem cauſam contingunt, niſi tales ſint exceptiones,
quę reſcriptum afficiant. Nam tales bene admituntur contra re-
ſcriptum, licet non contingant proceſſum cauſæ, vel negotium
principale: vt ſi dicatur, reſcriptum non valere, quia pro excom-
municato fuit obtentum, vt extra de ęta. & qual. cum bonę. vel
falſum, vel obreptitium: vel ſi dicat reus, ſe priuilegium habere,
ext. de reſcript. cum ordinem. uel ſi dicitur, quod impetrator re-
nunciauit literis impetratis & impetrandis pręter aſſenſum cõ-
munem, vt eo. tit. ex parte. 3 vel quod literę ſunt nimis genera-
les, eod. tit. ad hęc ad idem eo. tit. ex tenore. ext de confir. vti. ad
noſtram Quia ergo dilatorię exceptiones ante litis conteſtatio-
nem proponuntur, merito litis conteſtationem impediunt, ſiue
ſint contra iudicis iuriſdictionem. ſiue contra eius perſonam: de
28 quibus dictũ eſt ſ. ti. de iudic. dele. §. ſuper eſt. & §. excipi. † ¶ Quã-
doque etiam aliquis allegat priuilegium, quod non tenetur co-
k ram illo reſpondere[k]: & prius eſt de priuilegio cognoſcendũ, C.
de excep. l. fi. ff. de in ius voc. l. 2. ff. de iudic. ſi quis. extra de appel.
cum parati. Siue etiam competant contra actorem, de quib. not.
ſ. in. tit. de actore: ſiue ex perſona rei, de quibus no. ſ. in ti. de reo:
ſiue contra procuratorem, de quibus no. ſ. in titu. de ꝓcur. ſiue
cõtra citatorem, de quibus ſ. in ti. de cita. & ſic de alijs dilatoriis
29 3. q. 6. §. exceptio fori. † ¶ Illud quoque no. dignũ eſt[l], ꝙ iudex
l nõ debet exceptionẽ dilatoriam recipere prius quam reus libel-
lum receperit, vt 3. q. 3. offerat̃. extra de libelli oblat. c. 1. & hoc,
vbi ordinarie agit̃: ſecus ſi extraordinarie: & ſine libello: ut ex-
tra de prob. quoniam. contra. & de acc. qualiter. §. debet. ꝙ ſi reus
nolit libellum recipere, poteſt contra eum, tanquam contra cõ-
tumacem, procedi. In nullo enim ſibi pręiudicat libelli receptio.
maxime proteſtatione pręmiſſa quia nõ videtur in iudicem cõ
ſentire, qui genus ſibi edi poſtulat actionis, vt ff. de iud. non vide-
30 tur. de hoc dic, vt ſ. de libel. oblat. ver. quo facto. † ¶ Illud quoq;
non eſt ignorandum, quod aduocatus dilatoriam exceptionem
poſt litem conteſtatam proponens, punitur in vna libra auri, C.
31 de excep. l. pen † ¶ In ſumma nota cautelam, vt ſi velis, ꝙ iudiciũ
m cũ ꝓcuratore[m], vel tutore, vel curatore, vel ſyndico, uł aliis hu-
iuſmodi perſonis, firmum ſit, oppone, quicquid poteris contra
eos ab initio: & fac, ꝙ iudex pronunciet illos admittendos, non
obſtantibus exceptionibus propoſitis contra eos: & ſic poſtmo-
dum non reuocabitur iudicium, ne agens cum eis videaris iudi-
cis auctoritate circumueniri. Hęc cautela probatur C. de his, qui
veni. ętat. impe. l. j. in fi. & C. q admit. ad bo. poſ. l. bonorum. ſen-
tentia enim talis facit ius inter partes, ext. de re iudic. cum inter.
32 † ¶ Qualiter ſuperior, ad quem appellatur propter exceptiones
non admiſſas, formabit literas cõmiſſionis, quando cauſam ap-
pellationis committit, uide j. de ap. §. de officio quoq;. uerſ. nunc
33 dicamus. & ſeq. † ¶ Hoc etiam nota, quod vbi proponit̃ aliqua
exceptio

## ADDITIONES.

a Quæſtiones. ¶ Lib. 2. q. 6.
b Ver. prox. ¶ Hoc repetitur j. §. vlt. in fi. ſed quomodo dictum Ioan. de Deo defendetur, vide quod ſcripſi in præd. decr. à nobis ſub 5. membro ſummæ, quam ibi poſui.
c Secundum Vber. ¶ de Bob. charta mihi 12. ver. licet quaſdam. in fi. uide, quod dicam j. de c lan. deſpon. ſuper rubrica.
d Ad fi. ¶ Lib. 6.
e Proteſtari. ¶ De hoc & his quæ ſequuntur, ſcripſi poſt Inn. de reſcri. ſuper literis. poſt expeditas glo. & de fo. compe. c. ex parte B. in gl. no. arg. & ſcripſi ſ. de reſcri. præſen. §. ratione formæ. ver. porro licet. & ſequentibus.
f Exceptionis. ¶ lib. 6.
g Proponitur. ¶ Secundum Bonagui. titul. quot modis ſumatur exceptio. in fi.
h In cauſa. ¶ Compoſt. in decr. ſciſcitatus. de reſcri. dixit, procuratrix: ut ibi ſcripſi ſuper glo. 2. ¶ Adde ad id, quod hic dicitur de prohibito impedimento naturæ, quod etiam ſi non opponeretur, non valeret proceſſus, ut per Inn. in c. ſciſcitatus. in prin. & ibi ſcribentes poſt ipſum, ext. de reſcrip. Romana. in repet. rub. de arbit. in 8. col. poſt. prin.
i Vber. de Bob. ¶ vbi. de aduocato rei, charta mihi 9. uerſi. opponeatur.
k Reſpondere. ¶ de priuil, c. 1. lib. 6.
l Dignum eſt. ¶ Secundum G. Na. vbi & plus circa hoc dixit: vide ſ. de dilatio. §. nunc videamus. ſuper verſi. in ſumma. Non eſt ergo ſufficiens procurator ad opponendum dilatorias, qui non habet mandatum recipiendi libellum: de hoc dixi de procur. conſtit. in prin.
m Procuratore ¶ Omnino vide ſ. de reſcript. præſenti. §. primo igitur in fi.

exceptio dilatoria,aduerſarius petere poteſt ſibi cautionem pręſtari de ſoluendis exp enſis, uel aliqua certa pœna, ſi proponens defeceris in ꝓbando:quod quidam obſeruant, nec aliter exceptiones admittunt. Nos tamen hoc non ſeruamus, niſi forte euidenter de proponentis ſuga,dolo & malitia præſumatur ex cauſis ueriſimilibus:& tunc ſic, ext.de elect.cum dilect ad fin de reſ. ſpo.literas.de accuſat. ſup his.38.diſt.quanquam.in fi. Aliquando vero tam uiolentæ poſſunt eſſe præſumptiones ꝯtra excipientem,uel etiam contra exceptiones, quod non admittuntur.j.§.
a prox.uer.ſed pone.in fi.[a]

## ADDITIO.

a In fi. ¶ Vbi remittam ad Compoſt.ibi enim auctor hunc uer.reaſſumpſit.

## SVMMARIVM.

1 *Exceptio dilatoria ante litis conteſtationem eſt proponenda & probanda.*
2 *Peremptoria exceptio ante litis conteſtationem eſt proteſtanda, ſed poſt proponenda & probanda.*
3 *Reus volens ante litis conteſtationem opponere, & probare exceptionem peremptoriam,an ſit audiendus.*
4 *Terminus ad oẽs exceptiones,peremptorias proponendas,an poſſit ſtatui.*
5 *Exceptiones peremptoriæ poſſunt uſque ad concluſionem cauſæ proponi.*
6 *In criminibus,vel defectibus, non eſt laxanda licentia, ſed reſtringenda.*
7 *Excipiens ſuper crimine non admittitur, niſi ſuper eo, quo aduerſarius publica laborat infamia.*
8 *Reſtitutio an ſit in criminibus deneganda.*
9 *Violentæ præſumptiones contra exceptiones propoſitas,qualiter,& quare poſſint repelli.*
10 *Exceptio peremptoria, an poſſit per reum proponi poſt atteſtationum publicationem,& examinationem.& per teſtes probari,&c.*
11 *Exceptionib.publicatis,an poſſit exceptio peremptoria proponi talis,quæ non deſtruat pripcipale,quin tenuerit.*
12 *Exceptio peremptoria an poſſit poſt ſententiam proponi.*
13 *Exceptio peremptoria an, & quo caſu poſſit proponi,vbi á ſententia nõ eſt appellatum,ſed tranſiit in rem iudicatam.*
14 *Exceptio peremptoria contra executorem poteſt poſt ſententiam,quæ in rem tranſiit iudicatam,ſeptem caſibus opponi & probari.*
15 *Procuratore minoris, uel militis ſuas exceptiones omittente, debet actio communi & ſpeciali iure contra procuratorem dari.*
*Exceptio procuratoria an ſit dilatoria, & quot modis dicatur.*
16 *Soluẽs ſi tutus ſit exceptione perpetua, an iure communi poſſit repetere.*
17 *Exceptio feriarum ſcienter omiſſa,an poſt litem cõteſtatã poßit proponi.*
18 *Exceptio non numeratæ pecuniæ, debet ante litis conteſtationem proponi,& aliquo caſu poteſt etiam poſt.*
19 *Exceptio beneficij epiſtolæ diui Adriani,ante litis conteſtationem eſt proponenda:& quo caſu poſt.*
20 *Exceptio,quam proponit fideiuſſor,uel pignorum poſſeßor,de conueniendo principali,an ſemper ante litis conteſtationem ſit proponenda.*
21 *Exceptio competens tutori,ut inter ſe & contutores actio diuidatur,an ſit temporalis,aut perpetua.*
22 *Exceptio illa,non habẽs patris conſenſum:cum ſit filiusfamilias,an ſit dilatoria,& ante litis conteſtationem opponenda.*
23 *Opponens poſt litem conteſtatam duas partes uniuerſitatis in conſtitutione ſyndici non affuiſſe:an ſit audiendus.*
24 *Dicens poſt litem conteſtatam tutores inuentarium non feciſſe,vel non ſatiſdediſſe,an ſit audiendus.*
25 *Exceptio poſt ſententiam propoſita,an ualeat.*
26 *Exceptiones peremptoriæ debent ante ſententiam opponi.*
27 *Muliere agente pro dote contra hæredes mariti, an exceptio adulterij contra ipſam ſit admittenda.*
28 *Exceptiones ꝯ reſcriptum beneficiale oppoſitæ:quando ſint proponendæ.*
29 *Exceptio quæ tantum contra literas competat, qualiter & quando ſit in iudicio proponenda.*
30 *Iuramentum temerarium, aut per fraudem extortum, an poſſit quis ſua auctoritate infringere.*
31 *Papa gratiam alicui ſine literis dante,an obijciens contra talem de ueritate incognita ſit audiendus.*
32 *Negotium principale non dicuntur contingere ea, quæ ſunt de proceßu.*
33 *Tenor reſcripti apoſtolici in quibus loco libelli dicatur haberi.*
34 *Exceptio peremptoria ſeu defenſio ante litis conteſtationem propoſita,an & quo caſu retardet,aut impediat litis conteſtationem.*
25 *Exceptiones peremptoriæ an poſſint ante litis conteſtationem admitti.*
36 *Iuſiurandum à parte parti delatum, non eſt minoris auctoritatis, quam res iudicata.*
37 *Conſuetudo eſt optima legum interpres, nec de ea præſcriptionis exceptio eſt admittenda.*
38 *Exceptionum peremptoriarum quædã perimit naturalem exceptionem tantum quædam ciuilem tantum, quædam vtranque, & quædam neutram.*
39 *Exceptio peremptoria quo caſu ciuilem tantum, & non naturalem dicatur perimere.*
40 *Exceptio ſolutionis an perimat ciuilem aut naturalem*
*Solutione eius quod debetur,tollitur omnis obligatio.*
41 *Negotium principale an impediat litis conteſtationem, vbi peremptoria exceptio contingit.*
52 *Exceptio peremptoria quo caſu impediat litis conteſtationem.*
43 *Controuerſia per ſententiam finita,non debet lis iterum reſuſcitari.*
44 *Petitione propoſita,ſi quis dicat ſe non teneri reſpondere propter pactum de non petendo, an ſit audiendus.*
45 *Exceptio iuriſiurandi an impediat litis conteſtationem, & ſit contra literas admittenda.*
46 *Contra exceptionem rei iudicatæ,& contra tranſactionem,quæ poßit oppoſitio fieri.*
47 *Super peremptorijs ante litis conteſtationem probatis, contra quas nihil extitit replicatum,qualiter pronunciabitur*
58 *Forma proponendi exceptionem peremptoriam.*

## ¶Exceptiones permptoeriæ quando opponantur.

a 3.§.Dicto de dilatoriis,quando ꝓponant̃,dicẽdum eſt de peremptoriis[a]: ſu p quo dicendum eſt, ꝙ
peremptoriæ exceptiones, quæ cauſam & intentionem actoris
perimunt,ſeu elidunt, opponi poſſunt ꝑpetuo, ut j.§.viſo.uer.
item not.quod.Item poſſunt opponi, hoc eſt ꝓteſtari, ſed non
ꝓbari,ſem p ante ſententiam:veruntamen ꝓbari habent tm̃ poſt
litem ꝯteſtatam, C.de p̃ſcri.long.tem.emptor. C.ſenten reſcin.
non poſ.peremptorias C.de ꝓb.exceptionem. C.de excep.præ-
1 ſcriptionem.& ext de in int.reſt.auditis 3.q.6 §.exceptio.†¶Or
do enim ꝓponendus eſt,ut dilatoria ꝓponat̃ ante litis conteſta-
tionem,& ꝓbet̃, ut s̃.§. prox.peremptoria uero poſt litem con-
teſtatam,ut in præ l.perẽptorias. C.de ap.eos §.j.ext.de præſcri.
auditis.& poſtquam actor ſuam ꝓbauit intẽtionẽ, ut s̃.de teſte,
§.qualiter autẽ. uer. ſed opponit. Vnde is ordo non eſt confun-
dendus,C.de teſt.cõſulta.C.de ſen.& interlo.om.iu.ꝓlatam.11.
q.1.ꝑuenit in fi. Si enim peremptoria ante litis conteſtationem
ꝓbaret̃,nihil ꝓbanti accreſceret: quia lite non cõteſtata non ab-
ſolueret̃,ut in præ.l.prolatam. & ext.ut lite non conteſt. p totũ.
Hoc tamen fallit in quibuſdam exceptionibus,quę impediunt li-
tis conteſtationem, vt j.dicet̃.Quidam autem dicunt quod cum
reus contra libellum ꝓponit peremptoriam exceptionem,eo ip
ſo intelligit̃ litem conteſtari:ideoq; poterit confeſtim eam pro
bare:quod reprobo,ut j.de lit.conteſt.§ 2.ver.ſed nunquid per
b exceptionem[b]. & ſ̃m hoc intellige, quæ iam dicta ſunt s̃.§.ꝓx.
2 uer.hoc quoq;.& ſeq. † ¶Peremptoria ergo exceptio ante litis
conteſtationem eſt ꝓteſtanda, ſed poſt proponenda,& ꝓbanda:
vnde ſi petis à me decem,quæ tibi debebam,ſed mihi feciſti pa-
ctum de non petendo ea: uel petis à me fundum, qui fuit patris
tui,& ego habeo exceptionem præſcriptionis, uel rei iudicatæ,
vel aliam ſimilem:hanc,ſi uolo,poſſum proteſtari ante litis con-
c teſtationem,ſed probare debeo poſt,ſecundum T.[c]Sed hoc ho-
die falſum eſt: quia hæc exceptio de re iudicata impedit litis cõ-
teſtationem, ut j.dicet̃: quod ſi exceptio omiſſa fuerit,potero
iterum id proponere & ꝓbare, quando uoluero,dummodo an
te ſententiam, ſecundum T.ut in præ.cõcor.niſi terminus perẽ-
ptorius,vel aliqua interlocutoria,uel concluſio in negotio mihi
obſtet.Hanc materiam plene ꝓſequere, vt j.uer.ut autem.hic,
& ſeq.& uer.& plenius, & ſe.& uer.rurſus.& ſeq. Arg.tamen,ꝙ
in cauſa criminali exceptio peremptoria ſit ante litis conteſtatio
nem tractanda,C.ad le.Flauiam,de pla.pręſes.Si autem eadem ſit
peremptoria ſolutionis,& declinatoria iudicij,illa non oppone-
tur in initio,ſed in ꝓſecutione quęſtionis principalis differetur,
ſecundum Papam,ut ext.de fo.com.ex parte.ff.ad exhib.l.3.§ ibi
dem.niſi talis ſit, p quam ſententia ipſo iure nulla dicat̃, ut eſt ex
ceptio rei iudicatæ, vel quæ eliſis literis etiam quæſtio principa-
lis ſit eliſa,quæ tantum ex literis innititur, ut j.uer.ſed quæro.&
3 ſeq.de hoc no.Papa ext.de exce.paſtoralis. †¶Sed an reus uolẽs
ante litis conteſtationem opponere, & probare exceptionem
peremptoriam,audiat̃? Reſpon.nõ, ſecundum præmiſſa.omnia
enim ſuis debent temporibus conuenire,23.q.4 ſi de eccleſia.C.
de feriis, l.2.ff de pe.hære.ei q.§.j.ff.loc.ſi merces.§ colonus.nul-
lam enim vtilitatem ex hoc poteſt conſequi,cum ante litis cõte-
ſtationem

## ADDITIONES.

a De peremptoriis. ¶ Vber.de Bon.rub.de peremptoriis exceptionibus,ſic per modum ſummæ aggreditur ipſam materiam: dicit enim videndum, quid ſit peremptoria exceptio,& vnde dicatur:& hæc expediuit auctor,ipſius uerba proponendo, s̃.§.j. poſt prin.ibi,eſt autem peremptoria:ſecundo,de ipſarum exemplis: & ipſius verba uide ibi in prin.ibi, & congruentius.reliqua membra patent hic,& j.§.proxi.
b Exceptionem. ¶ Et patet de lit.conteſt.c.2.lib.6.
c Secundum T. ¶ Vbi s̃.ver.ſi vero.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

a ſtationem non poſſit abſolui : proteſtari tamen poteſt, ut dixi[a].
4 †¶ Vtrum autē poſſit ſtatui terminus ad omnes per emptorias
ꝓponendas? planum eſt, quod ſic, ſecundum do.meum, ſicut &
in dilatoriis dictum eſt s̃. § prox.uer.cæterum.& ar.ext. de ꝓb.
licet.reſpon.j.& §.j.& teſt.cum cauſam,quę.& de fid.inſt accepi
mus.C de tem ap.l.2.in prin. C. de excuſ.tut.quinquaginta.& ff.
de iud nonnunquam 24.q.3.de illicita.ibi,aut vno ꝓ oīb.perem
ptorie.idem ēt no. Papa ext.de exce.paſtoralis.arg. C eo.præſcri
b ptionem.Tñ vr̃ ibi notare ꝯ[b].arg.ꝓ eo C.de iud.auth.iubemus.
ext.de.teſtibus, ultra.ff.quod cuiuſq; vni.nom. item eorum.§.ſi
c decuriones[c].Pone.datus eſt terminus perēptorius partib.ad dan
dum oēs articulos, in quib.exceptiones peremptoriæ ꝓponunt̃:
uel ad ꝓponendum, quicquid ꝓponere uoluerit,ſicut & moris
& iuris eſt,ut in præmiſſus ꝯcor. s̃.uer. ꝓx.& ext.de in integ.reſt.
coram & C.de inge. ma diffamari.& C.qui acc.nō poſ.ſi ea.pars
uero alterutra poſt hunc terminum excipit de aliquo, ad quod
ꝓbandum alias admitteret̃, ſi terminus huiuſmodi nō obſtaret:
ſed ne ſibi obſtet, ꝓponit hoc de nouo ad eius notitiā perueniſ-
ſe:quærit̃,an debeat admitti ? Dic,ꝙ ſic, multo fortius,quam in
dilatoriis,in quibus admittit̃, ut s̃.§.ꝓx.uer.ſed quid ſi.& in p̄d.
d uer.cæterum.arg.in dec. Greg. X.de ele.ut circa[d]. ff.de no.ope.
nun.de pupillo.§.qui opus.& ext.de teſti.pręſentium.& de exce.
e pia.ꝓpe fin.[e] & maior ratio eſt in his, quam in dilatoriis,ꝑ ꝑ ma
5 ius periculum,42.diſt.quieſcamus.& 7.q.2.c.fi.Nam† & perem-
ptoriæ puſſunt uſq; ad concluſionem ꝓponi, ut s̃.dictum eſt:
ideoq; non eſt talis iuris licentia nimium anguſtanda, C.de hæ-
6 re.qm̃.14.q.2.quanq̃.& 28.di de his †¶Si ergo ꝓcurator,qui fa
ctus eſt dñs litis ꝑ litis conteſtationem,poſt talem terminum iu-
rare uelit,quod ad eius notitiam exceptio de nouo peruenit,ad-
mittet̃ ad eam ꝓponendam & probandam, ſi aſſerat ſe ex nouo
mandato domini abſentis illam ꝓponere: iurabit etiam, quod
credit eam ad notitiam domini perueniſſe poſt terminum hu-
iuſmodi ꝓcuratori ſtatutum:quia & ipſum dominū arctat:quod
que dominus idipſum iurabit, & ſic obtinuit.Imo etiam plus di
cunt aliqui, quod licet dominus de nouo ſibi non mandauerit,
ſemꝑ tamen iurabit ſe credere ad notitiam ꝑueniſſe domini il-
lam de nouo,& illum paratum eſſe hoc iurare:alioquin imputet
ſibi dominus, qui ꝓcuratorem non inſtruxit, ſciens ſibi compe-
tere exceptionem:non autem iurabit ſimpliciter ꝑueniſſe,alio-
quin anceps ſubitet periurium.Vel dic,ut dixi in prædict.cap.ut
circa.& hoc uerum eſt in aliis exceptionibus,quam ſuꝑ crimini-
bus,uel defectibus,in quibus non eſt laxanda licentia, ſed potius
reſtringenda:argum.2.q.3.c.j.& q.7.ſi quis epiſcopus.& c.crimi-
nationes.& q.8.qui crimen. & l.ſciant.ext. de accuſ.licet.ad fin.
7 †Cum enim non admittat̃ excipiens niſi ſuper crimen, ſuꝑ quo
aduerſarius publica laborat infamia, ut ext.de accu.accedens.&
c.omnipotens.dicendo, quod ad eum de nouo peruenit: oſten-
dit ꝑ conſequens non eſſe de hoc infamiam publicam:& ſic,tan-
quam ſibi cōtrarius repelli debet, ext.de ap.ſolicitudinem. Gof.
f & B.Compoſt.dicit, ſic ꝓnunciatum fuiſſe in curia[f]. cum enim
huiuſmodi terminus ſit quædam interlocutoria,ut ff.de arb.qua
lem.in fi.& ꝑ eam ius partib. acquirat̃.ut ext. de re iudi. cum in-
ter.non debet, ut dicit, ſine cauſæ cognitione ꝑ quandam quaſi
8 reſtitutionem reuocari, ut in præd.c.coram. †¶Sed in crimini-
bus reſtitutio denegat̃,ut j̃.de reſt.in integ.§.quis autem.uer.ſed
pone, nec ſubeſt cauſa rationabilis reuocationis huius. Præterea
cum cauſarum uſus,& iura uſum peremptorij inuenerint ut eſ-
ſet litium finis, ſi poſt illud quis in talibus audiret̃, uix lis aliqua
finem haberet & malitiis & periuriis uia daret̃, ut in præ.verſic.
cæterum. Nec obſtat, ſecundum eum, ext.de excep.paſtoralis.
quia non loquit̃ de termino peremptorio,nec de exceptionibus
g peremptoriis, ſed de non peremptoriis[g],& de dilatoriis:ideoq;
non debet ad hoc trahi, cum ſit contra rationem iuris inducta,
ut quis poſt peremptorium admittat̃,& quod ſuo iuramento in
cauſa ſua ſtetur.Itē in præd. l.de pupillo. & in præd dec. præſen
9 tium.non fuit partibus ꝑ iudicē terminus aſſignatus. †¶Et no.[h]
h quod ſi contra excipientem præſumat̃, debet eum obligare ad
certam pœnam ut s̃.§.prox.ad fi.imò etiam ita uiolentæ pręſum
ptiones eſſent ꝯ exceptiones ꝓpoſitas, & contra ꝓuiſionem,ſeu
collationem beneficij:quod eis repulſis ꝓuiſio, ſeu collatio exe-
cutioni mandabit̃,C de fal.l.2. ext.de reſtit.in inte.ſuſcitata.ext.
de conceſ.præb.poſt electionem. ſecundum ſanum intellectum
eius.& hæc repulſio præcipue locum habet contra exceptiones
criminum,uel defectuum: quæ cum ſint odioſæ,magis debet in
eis ꝓbatio reſtringi, ff.de lib.& poſthu. quidam. de pœn diſt.1.
10 pœnæ.†¶Sed nunquid atteſtationib.publicatis & examinatis,
reus poteſt exceptionem peremptoriam ꝓponere,& ꝑ teſtes ꝓ-
bare,uel actor replicationem opponere,& probare ꝯ exceptio-
nem peremptoriam probatam? Et vr̃ quod non,cum teſtificata
didicerit,ut ſupra de teſte.§.ſatis vtiliter.verſicul.hoc etiam no.
& quia ſic daretur occaſio ſubornandi teſtes, quod fieri non
debet,ff.de eden.l.j.§.editiones ff.quemad.teſt.aper.l.2.& de iu-
reiu.ait prætor.in prin.ext.quod met. cau.cum dilecti.ext.ut ec
cle.benefi.c.vnico, in fi.Econtra vr̃, quod poſſit,ff.de rei uendi-
officium.ff.de ꝓbat.cum de in debito.in prin.C.de præſcri.long.
temp.l.emptor.C.de excep.ſi quidē.quæ loquit̃,qñ didicit dict.
ſuorū.& ext.de teſt.ex tenore.ubi de hoc, ſm̃ Vinc.& c.de teſtia
i bus[i].& c.ſeries.Vel p̄t dici.ꝙ non eſt audiendus,& ꝙ dictæ ll.ue-
teres ſunt correctæ,& in cā appellationis eſt aliud, uel loquunt̃.
qñ actor uel reus probat,non ꝑ teſtes, ſed aliter, ext.de fid.inſt,
cum dilectus.Vel diſtingue : quia ſi nouiter poſt aperturā teſtiū
emerſerit,tunc admittet̃,ext.de excep.paſtoralis.& idem,uel alij
teſtes poterunt induci:quia ad diuerſa inducunt̃,ext.de teſtibus,
veniens.& c.cum cauſam.& c. cum in tua.ſuꝑ ueteri vero non,
k ext.de teſtib.fraternitatis.ſecundum Vber[k]† Vin doctor egre-
11 gius,dixit[l] quod publicatis exceptionib.poteſt exceptio perem
l ptoria opponi, ſi ſit talis,quæ non deſtruat principale, quin ten-
m uerit[m]:ſecus ſi dicerem, quod teſtes dixerunt falſum.tunc enim
nō audiar,niſi uelim teſtes ꝓducere ſuꝑ corruptione: quod dic,
12 ut s̃.de teſti.§.qualiter autem.ver.ſed opponit̃. †¶Poſt ſenten-
tiam autē an poſſit ꝓponi exceptio perēptoria, diſtingue: quia
aut fuit appellatū,aut non : ſi fuit appellatū, poſſum exceptionē
omiſſam in principali ꝓponere, & ꝓbare in cauſa appellationis.
nam in cā appellationis poteſt non oppoſitum in principali op-
poni, & non ꝓbatum ꝓbari, ut C.ſen.reſcin. non poſ.l.2.& ff.
de exce.exceptio.extra de fide inſt.cum Ioannes.in fi.& de teſtib
fraterniratis

## ADDITIONES.

a Dixi. ¶ Hanc quæſtionem, quæ fuit Alber.Gal.in tit.de lit.conteſt. auctor ponit ſub illo tit.§.2.ver. ſed quid ſi reus.& ibi, quid dixerit Alber habes ad literam. Sed ſciendū,ꝙ Vber.de Bob. plene proſequitur hunc articulū. ubi tractat de obiectis ꝯ agentes nomine proprio,uer.ſed quid ſi uellis.mihi char.11. inducit l.hac conſultiſsima. C.de teſt. quia promiſcuis actibus non ſunt rerū officia turbanda. Ité, ut dicit, reus non cogitur ꝯfiteri ante litis ꝯteſtationé ut actor fundet intentioné ſuam, ff.de interogat.act.l.j.ergo nec actor coget̃ ante litis ꝯteſtationé r̃ndere, ut reus fundet ſuā,q exci-piendo dr̃ agere,ſeruet̃ ergo æqualitas omnino: alle.ff.de except.l.j.de ꝓb. in exceptionibus.C.de eden.l.j.& vlt.de fruct.& lit. expen.l.ul. cū his,quæ ibi no.In ꝯriū ſi offeras, qđ petit̃, ante litis ꝯteſtationé, relaxandus es,ff.ſi cer.pe.quidā.Inſt.de per.& tép.act.in fi.æquè igit̃ audiri debes,uolés oſté-dere te nō debere. Ité qñque ſnīa pro actore fert̃ lite non cōteſtata,multo magis pro reo, C.ubi de cri.agi oport. anth.qua in prouincia. C.quom & quand.iud.auth.qui ſemel.facit ff.de reg.iur.l.fauorabiliores.& l.non dēt Item quod non licet poſt litem ꝯteſtatam,licet añ,C.de iud.apertiſsimi de iuriſd.omn.iud.l.nemo.Dici poteſt,ex quo actoris intentio fundata nō eſt, ſuperuacauum eſt peremptoriam opponere: & ſic audiri non debes.C.de edend.q accuſare.cū his,quæ ibi not.ff.ut leg.uel fidei.hæc ſtipulatio.Subdit,ꝙ ſi reus ſine interrogatione actoris oſtendit inſtīm,per qđ peremptoria ſua probat̃, & actor non reclamat, uel reclamare non poteſt, reus non eſt cogendus litem conteſtari,cum euidens ſit actoris calumnia,quæ etiam eſſet in expenſis,uel aliter punienda:ubi hoc non occurrit,conteſtari cogatur,ſalua exceptione ſua.Incidit ad primum. ff.ad exhi.l.3. §.ibidem.cum ſimilibus ibi no.& C.de pœnis, qui ſententiam.extr.de calum.c.fin.Ad id autem,qđ allegatur, quod abſolui non poterit,reſponde per no.j̃.eod.§.in fin. ¶ Adde,quod ſi reus oſtendat inſtr̃m, nō ſit cogendus litem conteſtari. ſequitur Ab.in c.exceptionem.ext.e.Et idem dicit eſſe,ubicunque exceptio concludit actori ius non competere: quia ſine actione nemo experitur,l.ſi pupilli.de neg.geſt.& hoc etiam ſequitur Bar.in l.cum quærebatur.ff.iudi.ſol.& ibi Alex.in apoſtil.& Abb.in c. ſuper literis.de reſcrip.ubi, quando exceptio eſt notoria,Paul.de Caſt.conſi.191.

b Contra. ¶ In j.gl.& uide quod ſuper ea dixi de Comp.qui concor.primus in decr.quod ſicut.de elect.& de Dyn.qui diſtinguit, an fiat cauſa cognita, vel non,in regula,indultum.

c Decuriones. ¶ Iſte uerſic. quaſi ad literam fuit Compoſt. ubi remittam j̃.

d Circa. ¶ Lib.6.

e Prope fin. ¶ Lib.6.

f Incuria. ¶ Eius dictum uide in dec. qđ ſicut.de elec. ubi ſcripſi in pe.col. uer.ſed pone ſicut. ¶ Adde, ut per Abb.in c.paſtoralis. ubi plene de hoc, uerſi.utrū.& ibi dicit Arch.dicere.13.q.1.ſuper ſumma, qđ ēt reſpectu criminum proponendorū ſtandum eſt iuro partis,per c.ut circa.de elec.in 6. & hoc ipſe ſequitur ꝯ Spec. Tenet etiam ibi, ꝙ ſine cauſæ cognitione non poſsit præfigi terminus ad opponendas peremptorias, tam reſpectu rei,q̃ reſpectu actoris: arg.l.diffamari.de ingen. ma.& l.cum Titia.ff.de accu.& l.ſi ea.qui acc.non poſſunt.

g Peremptorio. ¶ Contrarium ibi ſcripſi ante fi. & no.s̃.de dila. §.j.uer.exceptoriæ.ſed hæc ſunt uerba Compoſt.

h Et no. ¶ Secundum Compoſt.cuius ſunt hæc uerba in dec. quod ſicut.de elect.in fi.ut ibi ſcripſi in prin.uer.ſed pone.

i Teſtibus. ¶ Vbi de hoc in ul.gloſ. & uide ramiſsionem quam ponit finis huius ver.

k Secundum Vber.' ¶ Sub §. deinde fac.mihi char. 8.uerſic.ſed quid ſi producis Subdit tamen, quod conſuetudo in his attenditur: & ſic eſt propter diuerſitatem opinionum,quæ in diuerſis foris ſeruantur.

l Dixi. ¶ De teſtibus,ſeries.

m Tenuerit. ¶ Ac ſi dicat,quod non ſit directè contraria.facit cle.de teſtibus: c.2.vide,quod dixi s̃.§.2.in prin.

fraternitatis. vbi de hoc: ext.de re iud. inter monaſterium.in fin.
13† ¶Sed nunquid ſi in principali excepi de pacto de nõ petendo,
vel de præſcriptione, & ſimilibus: Iudex vero ꝑ ſuam interlocu
toriam repulit hanc exceptionem,& nihilominus poſtea me ſen
tentialiter condemnauit:nunquid in cauſa appellationis interpo
ſitæ à diffinitiua, por ro adhuc illam exceptionem opponere?
Inno.papa IIII.no.ext.de re iud. quod ad conſultationem.quod
ſic,ut ff.de ap.l.j.quãdo ap.ſit,l j.circa princ.& arg.ff.de in integ.
reſt.l.4.§. 1.ſ.eod.quod ſecundum legem ab interlocutoria non
potuit appellare,2 q.6.non ita.ext.de appellat.ſu ꝑ eo.2. Aliis au-
tem hoc durum videt̃,cum in interlocutoria in rem tranſierit iu
dicatam, à qua appellatum non extitit, & poterit ab ea ſecun-
dum canones appellari,& etiam ſecundum leges, ubi ꝑ eã prin-
cipale abſorbet̃: ubi enim à ſententia appellatum non eſt, ſed in
rem tranſiit iudicatam, non poteſt regulariter ulterius exceptio
peremptoria ꝓponi, niſi ꝑ in integrum reſtitutionem: ut quia
eſt minor uel eccleſia, ut in præ.l. C.ſenten.reſcindi non poſ.l.2.
& extra, de priuil.cum olim.& ff.de re iud poſt rem.ff.de adul.ſi
maritus.§.pręſcriptione.& ext.de in integ.reſt.ſuſcitata.ff de mi
a nor.l.minor 25.ann.omiſſã allegationem [a]. † ¶Hoc tamen fallit
14 in nouem caſibus[b],in quibus poſt ſententiam,quæ in rem tran-
b ſiit iudicatam,poteſt exceptio peremptoria contra executorem
opponi & ꝓbari. ¶Primo, in filiofa.qui habet exceptionem ſe-
natuſconſult.Macedoniani, ff.ad Mac.l.tametſi. ¶Secundo,in
muliere quæ habet exceptionem Velleiani,ff.ad velle.quamuis.
§ 2 ¶Tertio,in milite condemnato,qui exceptionem omiſſam
poteſt etiam poſt ſententiam opponere, C.de iur.& fac.igno.l.
c 1.in fi.ubi de hoc [c]. ¶Quarto & quinto, in marito, & donatore,
& aliis,qui conueniendi ſunt, in quantum facere poſſunt,& nõ
vltra,ſcilicet habita ratione ne egeant:quod ſi non fiat,poſſunt
de hoc excipere etiam poſt ſententiam, ff.de re iudic.patronus.
ff.ſolu.mat.ex diuerſo.§.primo. C.de rei vxo act.§.cum autem.
& ff.de re iudicata. Neſennius.in fi.& l.inter eos. §.fi.& in multis
aliis legib eiuſdem tit.& j̃.de concluſ.verſ.item beneficium & in
Summa do.mei . de do.inter uir & vxo.ſub tit.de dotis ꝓmiſ.§.
quis conſtituat.uer.de legatione. ¶Sexto, in fideiuſſore,qui ha-
bet priuilegium de cedenda ſibi actione à tutore , ut ff. de fide-
d iuſſ.ſi fideiuſſores.§ idẽ reſpondit.& j̃.de ꝯcluſ.uerſ.poſtremo[d].
¶Septimo, in tutore. ff.de ꝯ̃r.act.tutelæ.l.j §.præterea poteſt ẽt
eſſe.¶Octauo,in falſo ꝓcuratore,C.de ꝓcur.licet.ext.eo.in no-
ſtra.ſecus ſi ſnĩa dicat̃ lata ꝑ falſas allegationes, C.ſi ex falſis alle.
ꝑ totum.¶Nono, vbicunque dico nullum fuiſſe iudicium,quia
iudex erat incompetens,uel excõicatus, & ſimilia,C.de ꝓbat.li-
cet.C.quando ꝓuoc. non eſt nec ꝑ totum , & C.ſi à non comp.
iud.l.1.& 2.& ext.de re iud.ad ꝓbandũ.& de excep.pia.§ fi.lib 6.
& ſ.§.prox.uer.porro. Tamẽ hoc caſu,& in falſo ꝓcuratore nõ
dr̃ ꝓprie exceptio,cum nullum ſit iudicium.ut in præ.dec in no-
ſtra.in fi.& eſt ſpeciale in his duabus exceptionibus, cum ſint di-
latoriæ, & ante litis conteſtationem ꝓponendæ, ut ẽt poſt ſen-
e tentiam ꝓponi poſſint [e]. †¶Quid ſi ꝓcurator minoris,uel mili-
15 tis omiſit exceptionem? Vr̃ communi & ſpeciali iure ꝯ̃ ꝓcura-
torem actio dari, ar.ff.de dolo.l & eleganter.§. pen.In citatore
uero eſt electio minoris,ut C.ſi tut.uel cur.l.pen.& fi.Vtrum ex
ceptio ꝓcuratoria ſit dilatoria,& quot modis dicat̃,& quid iuris
ſit,ſi ẽt fideiuſſor omittit,dixi ſ.de ꝓcurat.§.ratione ãnt formæ.
16 verſi.ult.& ſeq.†¶Quid ſi quis tutus exceptione ꝑpetua,ſoluit?
vr̃,ꝙ poſſit repetere iure cõmuni,ff.de cond.inde qui exceptio-
nem.Dic ꝯ̃, ſ̃m Vber.quia res iudicata inhibet hoc, C.eo.l j.ff.
man.ſi fideiuſſores in omnibus. ext. de re iud.quod ad conſulta-
17 tionẽ.in prin. †¶Quid de exceptione feriarum?Dic,ꝙ poſt litẽ
conteſtatam non poteſt ꝓponi,ſi fuit ſcienter omiſſa, arg.ext.de
his,quę fi.à maio.par.ca.ex ore.C de iure do.imp.l.2.quod intel-
f lige de feriis ruſticis,non de ſolennibus [f]. †¶Quid de exceptione
18 non numæratæ pecuniæ,de qua habes j̃.de conclu.& renun.uer.
g item exceptio non nu.[g] Dicit Io.de Deo[h],ante litis conteſtatio-
h nem debere ꝓponi:ſi tamen reus uelit iurare,eam ſe prius neſci-
uiſſe, poteſt opponi ẽt poſt litem conteſtatam , cum ſit perem-
ptoria,ex officio ſuo : quia perimit petitionem actoris, ut C.de
non nu.pec. ꝑ totũ ,Inſtit.de exce §.j.Eſt tamen dilatoria tempo
ralis,quo ad hoc:quia ad tempus dat̃, ſcilicet uſque ad bienniũ,
ut in præd conc. Alij dicunt eam ꝓponendam, poſt litem conte-
ſtatam:ſed antea ꝓteſtandam, ut in alijs peremptoriis contingit.
Eſt autem quædam exceptio,quæ miſta dicit̃.quia poteſt eſſe ꝑ-
19 petua & temporalis,ut ſ.§ j.uerſiculo,eſt quoque.†¶Quid de ex
ceptione beneficij epiſtolę diui Adriani , de qua j̃. de concluſ.
uerſ.in primis.& uidet̃, quod ante litis coteſtationem ſit ꝓpo-
nenda.ff.de fideiuſ.inter eos.§ pen. Sed videt̃ , ꝙ etiam poſt litẽ
i conteſtatam poſſit opponi , C.eod ſi fideiuſ.ubi de hoc[i]. Vbert.
k de Bo. [k] dixit, tutius eſſe eam ante litem conteſtatam ꝓponi : &
idem dixit in beneficio nouæ conſtitutionis de duobus reis, ut ſe
quit̃:& in conuentione officialium , qui ſunt ꝑ nominationes,
ſeu electiones.ad honores,ſeu munera deputati, C.de cõſtit.pec.
l.ſi C.de fideiuſ.auth. hoc ita. & C.de conue.fiſ debit. l.quoniã.
20 †¶Quid de exceptione,quam ꝓponunt fideiuſſores,uel pigno-
rum poſſeſſores , ꝙ primo principalis ꝑſona eſt conuenienda:
l de qua j̃.no.de concluſ uer.uiſo[l]. Et viet̃,quod ante litis conte-
ſtationem ſit ꝓponenda,tanquã dilatoria,ff.de præuaric.3.Arg.
contra,quòd ſit peremptoria,ſeu ꝑpetua.nam ſi debitor eſt ſol-
uendo,perimit inſtantiã iudicij,& fideiuſſor abſoluit̃,ff.de cõd.
inde.ſufficit & cum dubium ſit , an ſit dilatoria, uel ꝑemptoria,
videt̃ ꝓ reo interpretandum,& ꝑpetua cenſet̃,Inſt.de interdic.
§.retinendæ , ext.de prob. ex literis. ff de re iud inter pares.Alb.
m Gal.dixit[m], quod exceptio,quæ competit fideiuſſori , uel etiam
pignorũ poſſeſſori ẽ ꝑpetua.nã rõne futuri facti,uł accidẽtiæ,po
terit eẽ tẽporalis,uł ꝑpetua:qđ ſufficit ad hoc, ut ſit ꝑpetua.ff.
de ꝯd.indeb.ſufficit , & no ff.eo.except. Io.de Deo tñ , & Vber.
n de Bonacur.dicunt [n] hic & in pręcedenti exceptione tutius eſſe
in tali dubio ante litem conteſtatam opponi:& ideo ſeruandum,
extra de ſponſa.iuuenis.de pœnit diſt.7. ſi quis.Negligens enim
beneficium legis,non poteſt redire ad illud, extra,de re iudic.in-
ter monaſterium & c.ſeq.C. de iure delib.ſcimus § fin aut e hoc,
ꝓpe fin.§ 7.quæſtio 1 quod periculoſum. Idem etiam dicit do.
meus in exceptione competenti poſſeſſori pignoris , ut ante li-
tem conteſtatam opponat̃,in auth de fideiuſſo.§.ſed neque.col.
j.& utrunque horum ꝓſequere, ſecundum eum , in Summa de
excep.§.hoc quando.ſub §.hoc de dilatoriis.¶Quid de exceptio
ne illa, Non es prælatus, uel in poſſeſſione prælaturæ,uel non es
dominus rei quam petis,uel non es hæres,uel non eſt tibi ius ceſ-
ſum, uel non habes mandatum , & ſimilibus. de hoc dic ut ſ. de
21 actore.uerſic.item contra prælatum.& ſeq.†¶Quid de illa exce
ptione,quæ cõpetit tutori , ut inter ſe & ꝯtutores actio diuidat̃:
nunquid eſt temporalis,uel ꝑpetua? De hoc dic,ut ſ. in exce.fi-
deiuſſori competente:de hoc dic, ff.de tutel.& ra.diſt.l j §.nunc
o tractemus[o].†¶Quid de illa,non habes patris conſenſum,cum ſis
22 filiusfamil.C.de bo.quæ liber. cum oportet.& videt̃,quod ante
litem ꝯteſtatam,cum ſit dilatoria.3.q.6.§.excep.C.de ꝓb.exc.C.
de excep l penul & ſi Sed dicit Vber.quod quãdocunque,& an-
p te ſententiã, & poſt:quia facit apparere iudicium nullum[p].Quid
de falſi ꝓcuratoris exceptione ? de hoc extra. de ꝓcur.in noſtra.
q C.eo.tit.licet[q]. ¶Quid ſi poſt litem conteſtatam opponit̃,duas
23 partes uniuerſitatis non affuiſſe in conſtitutione ſyndici? dic,ꝙ
24 audiet̃,ut in procu ibi no.†¶Quid ſi poſt litem conteſtatam di-
co, tutores inuentariũ non feciſſe, uel ſatiſdediſſe?dic,quod au-
diat: quia ꝑ hoc contendo iudicium non ualuiſſe , & ſententia
contra minorem lata,ipſo iure non ualeret, C.in quib.cau.in in-
teg.reſt.nõ eſt neceſ.ſi tutor.C.de tut.& cur.nõ omniũ.C.de eo,
r qui ꝓ tuto.l.2.[r] & ideo etiam poſt ſententiam poteſt opponi,ſe-
25 cundum Vber.ff.de re iud. Neſennius. †¶Sed [s] pone ædificaui
s in ſolo tuo bona fide tandem condemnor tibi ad reſtitutionem;
non recepi de ſumptibus:quærit̃,an in executione ſententię poſ-
ſim opponere

ADDITIONES.

a Allegationẽ. ¶Expeditum eſt hoc de app.c.vl.lib.6.Vber.diſtinguit,an in-
terlocutoria pararet pręiudiciũ negotio principali, nec ne:& primo caſu
eſt uera prima opinio:ſecundo ſecunda quatuor autem opiniones de hoc
ibi not.in gl.hoc dicit.

b Caſibus. ¶ Hos poſuit Tanc.ubi ſ.uer.quod autem.

c De hoc. ¶ Ibi no.iſti caſus.

d Poſtremo. ¶ Ad hunc etiam uerſ.remittit auctor j̃.de fideiuſ.§.1.uerſ.po-
teſt etiam.

e Poſsint.¶ Verba Acc.ubi ſ.& in l.exceptionem.C.de probatio.in fi.gl.

f Solennibus. ¶ Vide ſ.de fer.§.vlt.in fi.

g Non nu. ¶ De hac Alberic.Gal.remittit ad ſummam Az.eodem titul.§.j.

h Io.de Deo. ¶ Cau.l.lib.3.rub.quando opponatur dilatoria.in prin.& ibi
proſequitur dicta Vbert. qui de omnibus , quæ hic & j̃.uer.prox.tractan-
tur,proſequitur char.mihi 11.ſuper ius alle.uer.quid dices.& uer.ſe.

i Hoc. ¶ Et apertius Inſt.de fideiu.§ ſi plures. ¶ Adde , ꝙ beneficiũ excuſ-
ſionis ſit opponendum ante litis conteſtationem , tenet Bar.in l.j.ff.de ex-
cep.Bal.Pet.& Cyn.in auth.præſente.C.de fideiuſ.Salic.in auth.hoc ſi de-
bitor.C.de pignor.Alex.conſilio.78.j.libro.

k Vber.de Bob.¶ Vbi ſ.prox.& idem Vber.de Bo.rub.de declinatoriis.uer.
idem puto.

l Viſo. ¶ Vide quod ibi dixi poſt dominum meum.

m Dixit. ¶ eo.tit.poſt prin.

n Dicunt. ¶ Vbi dixi ſ.uer.prox.

o Tractemus. ¶ ver.fuit Aalber.Gal.ubi ſ.uerſi.ſed nunquid exceptio.quę

p Nullum. ¶ Vide ſ.de actore , B. ad fi.uer.quid ſi pręſente parte,& ibi ſeq.
uer.ſe remittit ad iſtum

q Licet. ¶ de procur.Et iſte uer.& duo ſeq. fuerunt Alber. Gal.e.ti.uerſ.ſed
nunquid exceptio falſi.& ſeq.

r L.2.Hucuſque fuit Albe.Gal.ſed Vber. tractans hoc , ubi ponit obiectus
contra ſententiam ordinarij,mihi char.10.uerſ.dicet defendens. non alle-
gat l.ſeq. ſed ibi poſt uer. quid de beneficio , tractans de inuentario here-
dis,illam allegat:ſed hoc nil ad propoſitum:ad hoc intelliges j̃.de inſtrum.
edi.§.fina.uerſiculo,ſed nunquid hęres.

s Sed. ¶ Iſtud uer.& ſequentes,ordine tamen conuerſo, poſuit auctor j̃.de
ſent.excom.§.fina. uerſi.item pone, emptor. & uerſi.ſeq.ubi aliquãtulum
ſcribit plenius:& ideo hæc fienda erat remiſsio ad illos.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ſim opponere deſumptibus? Reſpon.[a] non eſt quæſtio, ſecundũ
Mar. qui dixit, vtilem actionem dari pro expẽſis, ut no. ff. de cõ.
b inde ſi in area.[b] & ĩ. de expen. §. j. de iure meo non fuit quæſitũ.
vt ff. de excep. rei iud. duobus. & l. pe. §. fi. Sed Io. contra, vt non
competat actio: & ideo non videtur, quòd poſt ſententiam poſ
ſit opponi exceptio. Dic tñ contra, vt ff. de reſcin. vend. fundus.
26 † ¶ Sed pone,[c] peto à te decem actione ex empto pro pretio vi
c ni, quod tibi vendidi: fertur pro me ſñia, nunquid in executione
ſñiæ poteris opponere, ꝙ res vendita non fuit tradita? Videtur,
ꝙ non. nam exceptiones peremptoriæ debẽt ante ſententiam
opponi, vt ſ. Ar. ꝯ, & ꝙ actor habeat actionem ad rẽ petẽdam,
nec de iure eius fuit quæſitum, vt ff. de exce. rei iu. duobus. & l.
pe. §. fi. & ad hoc ff. fa. erc. ex parte. ff. de reſcin. vendi. fundus. 2.
d Sed dic, ꝙ ſic, per præ. l. & ff. de iureiu. ſi duo. §. antepe. & pen.[d]
27 † ¶ Item quæritur[e] ecce quædam mulier agebat actione de do
e te ꝯ hæredes mariti: hæredes opponunt exceptionem adulterij:
quæritur, an poſſint? Et vr̃, quòd ſic: nã vbi de dote agitur poſt
mortem vxoris intra 60. dies utiles, ſerui nõ manumittũtur, C.
de adulte. l. fi. ff. qui, & a quib. manumiſſ. li. non fiat. ſed & ſi ma-
f ritus. & hoc p p quæſtionem adulterij.[f] nam & poſt mortẽ agi
tur de crimine p p onera, ff. ad Sylla. Caius Seius. ff. de iur. fiſci. ei
qui. § fina. de ingratitudine quæritur poſt mortem, ff. de inoffi.
teſt. ſi quis filium. & de crimine in modũ exceptionis ꝓpoſito,
ff. de adulterijs. l. 2. § ſed ſi publico. C. de tranſact. ſi ex falſis. Præ-
terea derelicta accuſatione à marito admittitur extraneus, ff. de
adulteri. conſtante. & C. eodem iure mariti. & l. quamuis nam
quæ temporalia ſunt ad agendum, &c. ff. de doli exce. l. pure §.
g finã.[g] Nec obſt. C. de adulterij. l. fi. quia ibi loquitur, quando di-
uortio matrimoniũ eſt ſolutum: ſecus ſi morte, ut ibi no. & pro
batur in præd. l. ſed & ſi. in prin. Sed dic, ſecundum Ioann quod
non competit exceptio, cum non lucretur maritus dotem, niſi
accuſet vxorem de adulterio, & inſcribat, in auth. vt lic. ma. &
h auiæ. §. j. Alber. Pa. contra per præd. l. C. de adul. l. final.[h] † ¶ Sed
28 quæro de exceptionibus, quæ opponuntur contrà reſcriptum
beneficiale, quando ſint proponendæ? Reſpon. ſi aliqua falſitas
ſit in priuilegio, uel reſcripto expreſſa, vel veritas ſuppreſſa quę
papã ad ꝯcedendum inducit: putà, ꝗa ſuggeſſit impetrator ſe do
ctorem Decretorum, uel legũ, vel ꝙ erat nepos cardinalis, vel
ſuppreſſit aliud beneficium, vel iuramentum, ſeu ſtatutũ, tales
& ſimiles exceptiones poſſunt contra reſcriptum ante litis con
teſtationem opponi, tanquam dilatoriæ extra, de reſcript. ad au
i res. & ca. conſtitutus. ubi de hoc, ſecundum Papam.[i] & ca ſuper
literis. & ca. ſi proponẽte. & de ap. dilecto. ff. de natal. reſtit. l. 2.
Poſſunt ẽt poſt litem ꝯteſtatam opponi ſemper ante ſententiã,
tanquam vere peremptoriæ. ſic intellige extra, de lit. ꝯteſta. ex-
k ceptionis. in fin.[k] Et eſt ratio in iſtis, quia non ſolum literas af-
ficiunt, ſed etiam gratiam, quæ poteſt ſine literis fieri, & ſemper
literas præcedit: & ideo huiuſmodi exceptiones ſunt perempto
riæ gratiæ, ꝙ ꝯ gratiam ſubreptitiam competat exceptio: pro-
batur extra de re iudic. cum olim. de accuſati. accedens. de exce.
cum eccleſiaſticæ. Et eſt vtile eas contra reſcriptum opponi. nã
tam literas, quam iuriſdictionem iudicis elidunt, & literis eliſis
tota quæſtio eſt eliſa: & ſic lites abbreuiãtur, extra, de appellati.
29 cap. ordi. in princi. † ¶ Si vero aliqua ſit exceptio, quæ tantum
contra literas competat, vt ſi quis iurauit, vel pactus eſt, ꝙ con-
tra capitulum, uel contra iuramentum literas non impetrabit,
in initio quidem poteſt hoc ꝯ literas excipi, ſed poſt litem con-
teſtatam non, C. de excep. l. fin. Secus tamen eſſet, ſi iuraſſet, uel
pactus eſſet, quod eum non conueniret, extr. de accuſat. veniẽs.
quia tunc non tantum literæ perimuntur ſed etiã actio: & ideo
ante litem conteſtatam & poſt, poteſt obijci de iuramento, uel
pacto huiuſmodi: & talia iuramenta præiudicãt literis papę, nõ
quia papa non poſſit eis præiudicare, ſed quia prę́ſumitur nolle
præiudicare, quia non eſt autor periurij, extra. de iureiu. ſi vero.
& ca. ad noſtram. & ca. quemadmodũ. extra, quod met. cauſ. ca.
30 penulti. † ¶ Et iuramentum temerarium, uel per fraudẽ extor-
tum, nõ debet quis ſua, ſed ſuperioris auctoritate infringere, ex
l tra, de electiõn. uenerabilem. ſecundum Bernard. Compoſtel.[l]
31 † ¶ Sed quid ſi gratia non eſt ſimul cum literis data: ut quia pa-
pa dedit alicui beneficium, nulla litera inde facta: & poſtea man-
dat eum in poſſeſſionem mitti: obijcitur ei, ꝙ ueritatem tacuit,
nunquid admittetur ante litem cõteſtatam excipiens ꝯ literas?
Reſp. non: ꝗa non ſunt literæ ſubreptitię, licet gratia ſit ſubrepti
tia: contra quam etiam competit exceptio, ut prædixi: & hoc te
m net Inno. 1111.[m] Alij, quos do. meus ſequitur, dicunt contrà:
dicunt enim, quòd ſi gratia eſt ſubreptitia, quæ principalis eſt, ꝑ
conſequens litera ab ea deſcẽdens, debet ſubreptitia iudicari: ar-
gu. extra, de fide inſtrumẽto. inter dilectos. §. cæterum. extra, de
re iudica. cum inter. prope fin. Præterea dicit prædi. decre. exce-
ptionis, ꝙ exceptio peremptoria contingens negotium princi-
pale, non impedit litis conteſtationẽ: imo poſt litis conteſtatio
nem proponitur. † ¶ Negotium autem principale contingunt
ea, quæ ad ipſum pertinent principale: puta pactũ de non peten
do, exceptio ſolutionis factæ, uel acceptilatiõis, & ſimilia. Ea au
tem quæ ſunt de proceſſu, non contingunt negotiũ principale:
& ideo de his quæritur ante litis conteſtationem, tanquam de di
latorijs, extra, de re iudic. inter monaſterium. & de cohab. cler.
& muli. ſuper eo. de reſcrip dilectus. j. Qualiter autem intelliga-
tur, quod dicit, principale negotium contingent, dicã infra, ver
ſiculo, rurſus. Quid iuris ſit de exceptionibus ꝯ prouiſiones prò
poſitis, not plene per Bernar. Compoſtel. extra, de elec. quod ſi-
n cut.[n] † ¶ Item do. meus not. in Smma, in titulo de excep. §. &
13 quando. in fi. ſi cõtra reſcriptum beneficiale opponitur, quod
eſt ſubreptitium, in hoc caſu non eſt neceſſe litem ꝯteſtari, vt ſ.
in primis concor. & extra, de æta. & qual. accepimus. de præbẽ.
cum ſm Apoſtolum. §. penultimo. & fina. & ca. dilectus. j. 2. &
o 3. Vel poſſet dici,[o] quod in talibus tenor reſcripti apoſtolici lo-
co libelli habetur: vnde cum talis exceptio cõtra ipſum opponi
tur, exceptio habetur quaſi loco reſpõſionis, ut in præ. decr. cõ-
ſtitutus. & ſic per petitionem & reſponſionem eſt lis ꝯteſtata: ex
tra, de lit. conteſtation. ca. unico. ¶ Item qualiter peremptoriæ
differantur in poſſeſſorio, vel etiam ꝯ literas, nota. ſecundum
p Papam extra, de foro com. ex parte B.[p] ¶ Item utrum de perem
ptorijs, uel dilatorijs exceptionibus ſit in reſcripto mentio faciẽ
da, & quid iuris, ſi non fiat? nota. ſecundum eum, de reſcr. ſuper
q literis.[q] † ¶ Vt autem hic articulus plene liqueat, not. ꝙ aliqua
34 exceptio peremptoria, ſeu defenſio ante litis ꝯteſtationem pro
poſita, non impedit, ſeu retardat litis conteſtationem, niſi ſolũ
exceptio rei iudicatæ, tranſactæ & finitæ: ut extra, de lite ꝯteſtat.
r exceptionis.[r] ff. ad ſe. conſul. Tertul. l. j. § fina. ff. de uerb. ſignifi.
trãſacta. & l. ſeq. Poteſt etiam quis, ſi uult, eas proponere poſt li-
tem conteſtatam: quod tutius eſt, quia tunc abſoluetur reus in
principali: cum uero ante litem conteſtatam proponuntur, tũc
contra reſcriptum opponũtur: nec fit abſolutio in principali, in
quo non eſt lis conteſtata, ut infra. uerſiculo, ſed quæritur, quali
ter. nã peremptoria exceptio actioni actoris opponit, ff. de ex
ce. l. 2. unde dicit de re iudica. nam illa exceptio ante litis ꝯteſta-
tionem contra reſcriptum opponitur, ut C. ſentent. reſcind. nõ
poſ. l. fi. ideoque non eſt mirum, ſi impediat litis cõteſtationem
Et intellige hic Rem iudicatam, cum ſententia non fuit appella
tione ſuſpẽſa, ut ff. ad Turpil. l. j. & no. in præ. decre. exceptionis.
Arg. tñ contra: quia per ſententiam tollitur ciuilis ſed remanet
s naturalis obligatio, ut ff. de ſol. Stichum § naturalis.[s] † ¶ Sed po
35 ne, ꝙ in cauſa appellationis proponitur ante litis conteſtatio-
nem non fuiſſe appellatũ ab interlocutoria, uel à diffinitiua, uel
quod

## ADDITIONES.

a Reſpondeo. ¶ Secundum Alber. Gal. cuius fuit iſte ver. e. ti. uer. ſed pone. quod ibi procedit. dic, ut dixi in ſtudio Paduano: quid velit hoc, dicam, ubi ſup. nunc remiſi.

b In area. ¶ Et materia plene. ff. de rei uen. in fundo.

c Sed pone. ¶ Vide, quod dixi ſup. ver. prox. in prin.

d Et penul. ¶ Secundum Alber. Gal. cuius fuit iſte ver. e. tit. in fi.

e Quæritur. ¶ Eandem quæſtionem poſuit ĩ. de do. inter vir. & uxo. §. forma tis. uer. quod ſi mulier. ſed hæc plenius.

f Adulterij. ¶ Dicit Alber. Gal. cuius fuit iſte verſi. & dicunt quidam quod ibi eſt caſus huius quæſtionis.

g §. fi. ¶ Hoc dixit Alber. Gal. econtra vr̃, quia crimina morte extinguuntur, C. ſi reus, vel accuſ. mor. fu. l. fin. ff. de accuſ. l. ex iudiciorum. Item ſi tacuit defunctus, & eius hęres tacere debet, C. de inoffi. teſt. l. omnimodo. & de re uoc. don. l. fi. in fi. & ff. ad Syll. j. in fi. Nec obſtat. &c. ¶ Adde, ut plene poſui in addit. ad Bar. in l. rei iudicatæ. §. fi. ff. ſol. mat.

h L. fi. ¶ Cui fauere videt̃ Accur. in l. vna, C. de rei vx. act. §. illo proculdubio.

i Secũdum papam. ¶ Vt ibi ſcripſi in gl. exceptio. cum ſuis remiſſionibus. & ad propoſitum uide quæſtionem j. quam poſui poſt Goff. ſuper regula, exceptionem de reg. iur. lib. 6. de reo, qui ꝯ reſcriptum, in quo dicebatur ſpoliaſſe, obijcit ſubreptionem, cum iudicis auctoritate vacuam poſſeſſio nem apprehenderit. ¶ Adde, ut per do. An. de ſancto Geor. in c. dilecto. in 2. co. extra, de appel. & Abb. in c. ad audientiam. el 2. extr. de reſcr.

k In fi. ¶ Lib. 6.

l Compoſt. ¶ Vt ſcripſi in decr. ad audientiam. 2. de reſcri. ſuper gl. vlt. in fi.

m Inn. 1111. ¶ Qui hoc no. in dec. exceptiones. de lit. conteſt. lib. 6. & uide ſu per gl. pen. hoc dictum & ſequens dictum Ioan. Inno. & Archi.

n Sicut. ¶ Vbi ſcripſi poſt expeditionem tex. & gl.

o Dici. ¶ Vt ſcripſi poſt Inno. de elect. dudum. 2. verſi. licet autem. in glo. ex hoc patet.

p Ex parte B. ¶ Vt ibi ſcripſi poſt prin. in gl. no. arg.

q Literis. ¶ Et uide, quod ſcripſi poſt expedetionem tex. & gl. Item ſcias, ꝙ totum, quod hic ſequitur vſque ad fin. §. facit ad decr. exceptionis. de lit. cont. lib. 6. ¶ Adde, poſt not. in d. ca. ſuper literis. Pet. de Ancha. conſi. 16. inci. uiſo proceſſu.

r Exceptionis. ¶ Lib. 6. ¶ Adde, cum dicitur exceptio litis finitæ, non intelligitur de finita taciturnitate temporis, prout exceptio præſumpti, ſed de finita expreſſe prout uoluit Feder. conſilio 183.

s Naturalis. ¶ Tu dic, quod ex quo ex ciuili agitur, ſatis eſt, quod ciuiliter finita ſit cauſa. & uide ĩ. uer. & ut plenius.

a quod non intra x.dies: [a] uel quód appellans renunciauit tacitè,
uel expreſſe appellationi factæ, procedendo corā iudice, uel ēt
faciendo aliquid in cā, de qua agit, & huiuſmodi: & ſic ſnīam in
rem iudicatam tranſiſſe. Dicunt quidam, ꝙ tales exceptiones, cū
ſint peremptoriæ, non debent ante litem ɔteſtatam admitti. nā
eis, vel aliqua earum probatis appellatio ipſa non tenet, arg. pro
b eis in præ.ca.exceptionis. [a] Et ego dico, quod vbi nō appellatur
vel non intra decem dies, vel vbi renunciatur appellationi, tūc
rata manet ſententia interlocutoria, vel diffinitiua: & per conſe
quens, cauſa principalis eſt finita, & appellatio eſt extincta. Vn̄
dico eas ante litem cōteſtatam & prius quàm in cauſa proceda-
tur, admittēdas, vt ext. de ap. Romana. §. ſi vero vocatus. & pro-
bať in prælleg. c.exceptionis. in verb. finita. hæ enim & ſimiles
exceptiones iuriſdictionem iudicis tangunt, & ideo iudex ante
omnia decernere debet, an ſua ſit iuriſdictio: quia hæc cognitio
exercitium iuriſdictionis præcedere debet, vt in præ. §. ſi vero. &
ext. de reſcr. ſuper literis. ver. nos igitur. cū ſuis conc. & ff. de iud.
ſi quis ex aliena. & litis conteſtationem impediunt: vt ſ. §. nunc
videndum. verſi. cæterum Sed videtur ꝯ̃ in eo caſu, vbi quis re-
nunciaſſe proponitur appellationi faciendæ: quia cum propter
renunciationem appellari non poterit, nō poteſt hoc prætextu
dici res finita, ex quo nullum habuit initium per appellationem
Sed reſpondeo, quòd ante omnia debet de iudicis iuriſdictione
conſtare. Plerique tamen contra dicunt, & forte non male, in ca
ſibus præmiſſis: & etiam in caſu illo, quando quis aſſerit à ſentē
tia cōtra ſe lata appellaſſe: ſed appellatus corā iudice appellatio
nis negat aliquam ſententiam pro ſe latam fuiſſe, & ſic appella-
tionem nullā eſſe: &, vt dicunt, præ. §. ſi uero. non obſt. Itē bene
dicit Tranſacta: nam exceptio tranſactionis ante litis conteſtatio
nem admittitur ff. de cond. inde. eleganter. §. ſi quis. poſt princi.
Quod autem dicit Finita, intellige, conſenſu, vt in præ. l. ad Ter-
tul. & in præ. l. de verb. ſig. puta per iuriſiurādum à parte parti de
6 latum: † quod non eſt minoris auctoritatis, quam res iudicata,
ff. de iureiu. l. 2. & l. non erit §. dato. extr. eo & ſi Chriſtus. §. Iaco-
bus. ſecundum Ber. & do. meum. Sed ad hoc opponitur: nam li-
cet iuriſiurandum ipſo iure tollat naturalem obligationē, ciuilē
tamen non tollit, ſed ſolum illam ope exceptionis elidit, ut not.
ſ. eo. §. j. Vnde cum hæc exceptio contingat principale negotiū,
& ſit peremptoria, videtur quod non impediat litis conteſtatio-
nem, ſed quod poſt litem conteſtatam ſit proponenda: ideo for-
te ob hanc obiectionem vitandam. In. IIII. intelligit Finita, ſci-
licet quia iurauerat ſe in perpetuum non acturum: quo caſu, niſi
ex cauſa, vlterius agere non poteſt, ff. eo. admonēdi. ff. de cond.
ob cauſ. l. 3. C. de pactis, poſtquam. extra, de accuſ. veniens. ad fi.
de renuncia. cum inter P. & dixi ſ. eodem. § verſi. ſed quæro de.
Item intellige finita conſenſu, ſcilicet ſi ſit longo ſilentio ſopita,
vel, ſecūdum canones, longiſſimo, ut in præ. l. ad Tertullia. & in
præ. l. de uerb. ſig. puta per legitimā præſcriptionem, extr. de pre
ſcri. ca. 1. & ca. ſanctorum & c. illud. ff de alie. iudic. mut. cau. ſac.
item & ſi res. Item poteſt intelligi finita conſenſu, puta per pactū
de non petendo in perpetuum, ſm Ber. & do. meum, uel per ac-
ceptilationem, ff. de pact. l. j. in prin. & §. pactum. & ſ. §. j. uel per
amicabilem compoſitionem, ſecundum do. meum, extra, de de-
cim. ex multiplici. Sed certe, quod dixi de præſcriptione, non vi
detur ſtare poſſe, præſertim ſecundum eos, qui dicunt, per eam
non acquiri dominium, ſed ſolum exceptionem parari, ut infra,
37 de præſcri. † ¶ Sed nec de conſuetudine, quæ eſt optima legum
interpres maxime in curia Romana, exceptio præſcriptiōis ad
mittitur, uel proponitur ante litis ɔteſtationem, ſed poſt. Item
quod dixi de pacto de non petendo, non uidetur bene dici. nā
pactum de non petendo: licet tollat ipſo iure naturalem obliga
tionem, ciuilem tamen non tollit, ſed ſolum ope exceptionis eli
dit, vt ſ. §. j. & iam ſ. in iureiurā dixi. Vnde forte hac ratione mo-
tus Inno. IIII. intelligit finita, ſcilicet propter pactum de non
agendo ulterius ſuper aliquo certo dubio: ſicut & ſ. dixi in iura-
mento: ſecus autem eſt in pacto de non petendo, ſecundum eū.
Et eſt ratio, quia quando quis facit pactum de non agendo vlte-
rius, nihilominus extra petere poteſt, & nihilominus debitor re
manet obligatus ex promiſſo, licet contra eum agi non poſſit, ff.
de cond. indeb. naturaliter. ff. de iudic. uix rectis. ſed ſi permitte-
ret litem ɔteſtari non oppoſita hac exceptione, poſtea eā oppo-
nere nō poſſet, cum ſit declinatoria fori, C. de excep l. fi. Vbi au-
tem paciſcitur quis de non petendo, nullo modo remanet obli-
gatus, intellige cum effectu: unde etiam poſt litem conteſtatam
excipi poterit, cum ſit peremptoria, ſecundum eum. Hæc autem
omnia proſequere, ut ſequenti diſtinctione M. de Fano dixit, ꝙ
ubicunque exceptio peremptoria notoria eſt, ita ꝙ negari non
poteſt, impedit litis conteſtationem: quia in notorijs ordo iudi-
ciarius non requiritur, extra, de iureiurādo. ad noſtram. el 3. ff. ſi
qs cau. l. 2. de accuſa. ea, quæ. ff. qui ſatiſd. cog. l ſi uero. §. qui pro
rei qualitate. Argum. tamen contra in præd. decr. exceptionis.
38 † ¶ Et, ut plenius inſtruaris, diſtingue: quia quædam perempto-
ria exceptio perimit naturalem obligationem tantum. quædam
ciuilem tantum, quædam utramque, & quædam neutram. Natu
ralem tantum perimit, ut ecce aliquis me hæredē inſtituit, & le-
gauit per minuta legata, quicqd eſt in hæreditate: & ſic ego ſum
naturaliter obligatus ad ſoluendum legata, ut extra, de ſolu. c. j.
non tamen ciuiliter ad ſoluendum in ſolidum, cum beneficio le
gis Falcidiæ deducere ualeam quartam partem, ut extra, de teſt.
Raynutius. & ca. Raynaldus. Cod. de iur. & fact ignor. cum quis,
C. ad leg. Falcid. error. Si igitur aliquis ex legatarijs me cōueniat
petens quod legatum eſt in ſolutum ſibi dari, & ego excipiam
nō ualere literam, quia tacuit, quod lex Falcidia in legatis locū
haberet, non eſt hæc exceptio ante litis ɔteſtationem admitten-
da, quia non eſt de re finita, cum ſim in ſolidum naturaliter obli
gatus: & pro tribus partibus legati ſimiliter naturaliter & ciuili-
ter: ſed pro quarta, quæ retineri pōt beneficio legis Falcidiæ, na
turaliter tm̄, non ciuiliter: & ideo hæc exceptio litis ɔteſtationē
non impediet, cum ſim in omnibus naturaliter obligatus, ut iam
dixi: licet pro quarta parte, quæ per legem Falcidiam detinet. ex
39 ceptionis beneficio illa naturalis obligatio elidatur. † ¶ Ciuilem
uero tantum, & non naturalem, exceptio peremptoria perimit:
ut cum quis obligatus eſt naturaliter & ciuiliter, & liberatur per
pactum, de non petendo in perpetuum, ſeu per iuramentū, per
quod tollitur tantum naturalis obligatio, & non ciuilis, ut iā di-
xi, & ſ. eodem. § j. & hæc ſimiliter non impedit litis conteſtatio
nem, quia non eſt de re finita, quantū ad ciuilem obligationem,
quæ per pactum, ſeu per iurm̄ non tollitur, ſed ope exceptionis
tm̄ eliditur. Inſti. de exce. § præterea & §. æque ſi debitor. Alij ta
men contra, ut ſ. de iuramento. auth. adhuc. j. dicetur in uerſic. ſi
queras. ¶ Vtramque autem perimit, ut cum filiusfa. ſuſcipit pe-
cuniam mutuo, & ſe obligat per ſcripturā, & ſic numerationē
pecuniæ ſe obligat naturaliter, & per ſcripturā ciuiliter, poſtea
tamen conuenitur coram delegato: proponit, quod non ualent
literæ, quia tacitum fuit, quod ſuper mutuo facto filiofamilias,
cui competebat exceptio Maced. impetrarentur: certe nō eſt ex
ceptio admittenda: quia non eſt de re finita, cū ſit naturaliter ob
ligatus. ff. de cond. indeb frater a fratre. & etiam ciuiliter, ſi for-
ſan peculium habeat, ff. ad Maced. l. j. in fi. & l. ſeq. quare litis con
40 teſtatio non debet eam impedire. † ¶ Eſt & alia quæ neutram pe
rimit: obſtat tamen agenti de facto, ut eſt ſolutio. nam ſolutio-
nis exceptio non perimit ciuilem, neque naturalē, quia iam per
empta eſt: quia ſolutione eius, quod debetur, &c. Inſtitu. quibus
modis tol. ob. in princi. & ideo, quia per ſolutionem omnis tol-
litur obligatio, tam ciuilis, quam naturalis, poteſt dici, hæc exce
ptio eſt de re finita, quare cōpetit contra literas, & litis conteſta
tio impediri poteſt, & debet: ut in præ. dec. exceptionis. ibi, de re
41 finita, &c. idem etiam in appellatione, ut ſ. eo. §. j. † ¶ Rurſus no
tandum eſt, quod ubi peremptoria exceptio ɔtingit negotium
principale, non impeditur litis conteſtatio, niſi ubi excipitur de
re iudicata, uel trāſacta, uel finita: ut in præ. decr. exceptionis qđ
uetum eſt, quando ita contingit negotium principale, quod nō
42 literas: unde bene dixiſſet tantum. † Si enim tangeret ſimul ne-
gotium & literas, tunc poſſet excipi contra literas, & impediret
litis conteſtationē, ut patet in eo, qui impetrauit literas benefi-
ciales, ꝯ̃ quas excipitur, quòd non ualent: quia tacuit numerum
iuramento firmatū, & huiuſmodi. Hæc enim exceptio debet ad
mitti contra literas, & impediet litis cōteſtationem, ut extra, de
reſcrip. conſtitutus. & dixi plene ſ. uerſiculo, ſed quæro de exce
ptionibus. Videtur ergo hic iterum diſtinguēdū ad huius mate
riæ notitiam pleniorem. ¶ Vnde dic: nā aut oritur actio ex ipſo
reſcripto, ut in exemplo proxime propoſito: & tūc exceptio eli-
dit literas, & litis ɔteſtationē impedit & retardat, ut in eo. ca cō
ſtitutus. Aut non oritur actio ex reſcripto, ſed impetratur reſcri
ptū ſuper actione ante competenti: & tunc ſubdiſtingue: quia ſi
excipitur contra literas, aut proponitur contra eas exceptio de
clinatoria iudicij, aut dilatoria ſolutiōis, aut peremptoria. Si de-
clinatoria iudicij hæc literas elidit, & litis conteſtationem impe
dit: exemplum habes ext. de re iu. inter monaſteriū. Si dilatoria
ſolutionis, hæc contra literas non admittiť, nec litis conteſtatio-
nē impedit, ut probatū eſt ſ. §. prox. in prin. Si uero perēptoria,
tunc

ADDITIONES.

a Decem dies. ¶ Nota, quia cautius eſt ſic excipere, quam dicere, ꝙ poſt de-
cem dies; quia potuiſſet: & prius hoc ſcripſi de appel. Romana. §. ſi uero. ſu
per uer. partib. in quo §. Arch. quaſi ad literā poſuit hunc uer. facit ad præ-
dicta inf. §. proximo, in prin.

b Exceptionis. ¶ Adde, quod no. j. de inſtru. edit. §. nunc dicamus. verſi. ſed
pone. appellans. ¶ Adde tu ad id, quod dicitur j. de iureiu. hęc exceptio li
tis finitæ per iuramentum impedit litis conteſtationem, c. & ſi Chriſtus. in
2. col. ext. de iureiu. & ibi dicit Ab. Sic. in 4. not. ꝙ ſic. Item adde ad præſen
tem materiam, quod quælibet exceptio nullitatis impedit litis conteſtatio
nem, Rot. in antiq. deciſ. 107. & deciſ. 115.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tūc iterū ſubdiſtingue, quia aut illa exceptio eſt de re iudicata
uel finita, uel tranſacta, & tunc contra literas admittitur. & litis
ↄteſtationem impedit, ut ſ̄. oſtenſum. eſt. Aut non eſt de illis: &
tūc nō eſt contra literas admittenda, nec per eā eſt litis cōteſta
tio retractāda, licet ſit ꝑemptoria: ut quia perimit obligationē
naturalem tantū, uel ciuilem tantū, uel utranq; ut dixi ſ̄. uerſ. &
43 ut plenius. † ¶ Si quæras q̄ ſit ratio diuerſitatis, quare exceptio
ꝑēptoria, q̄ eſt de re iudicata, uel tranſacta, uel finita, ↄ̄ reſcrptū
competit, & litis conteſtationem impedit, & non aliæ exceptio
nes, ut in præ dec. exceptiònis. reſpon. quia ex quo ſemel fuit cō
trouerſa, & eſt ſententia lata non uult princeps ꝑ ſuum reſcrip
tum lites ſopitas iterum reſuſcitari, extra, de reſcri. nennulli. C.
ſen. reſcin. nō poſ. l. ſi. Nàm actio ſemel extincta, amplius nō re
uiuiſcit. de conſec. diſt. 4. quæris. Item ſi alias fuit controuerſia,
& de ea fuit tranſactum: non uult princeps ꝑ ſuum reſcriptū li-
tes, uel cauſas trāſactionibus legitimis ſopitas, per ſuas literas ſu
ſcitari. C. de tranſac. cauſas ext de deci. ex multiplici. idem eſt, ſi
res finita ſit: qa ſublata eſt omnis obligatio, ex qua, uel ſuꝑ qua
reſcriptum poſſit impetrari: & ideo nō eſt mirum, ex quo nulla
competit actio, ſi contra literas talis exceptio ꝓponatur, ext. de
reſcri. nonnùlli. §. ſunt & alii, & c. ſi In aliis autem ꝑemptoriis, ſi
cut eſt pactum de nō petendo, & exceptio Maçedoniani, & ſi-
miles, non poteſt dici, ꝙ non competat actio, cum remaneat ēt
poſt pactum naturalis obligatio: & quandoque etiam ſubſit ci-
uilis, & naturalis, licet per exceptionem ꝑemptoriam poſſit ex
cludi, ut ſ̄. uerſi. & ut planius. quæ etiam exceptiones competūt
licet nunquam illæ actiones in iudicium fuerint deductæ. vnde
non dicitur lis ſopita ſuſcitari, ſed potius de nouo intentari, quę
poteſt per exceptionem excludi ſuo loco & tempore propo-
nenda: & cum talis exceptio dicatur actionis excluſio, ut ff. de
exce. l. 2. in prin. ſi contra literas ꝓponeretur, iam extorqueret
ad id, quod non competit: quia elideret potius literas, quā pro-
44 poſitam excluderet actionem. † ¶ Item ſi petitione ꝓpoſita di-
cat aliquis, non teneor reſpondere, quia feciſti pactum de non
petendo, non eſt audiendus: qa ꝓponit eam ad id. quod nō ↄpe
tit, ſcilicet contra petitionem, ut eam differat, ſiue declinet, &
nō contra actianē, ↄ̄ quam eſt exceptio ꝑemptoria ꝓponenda
ut eam excludat, ad quod cōpetit talis exceptio: quia exceptio
eſt actionis excluſio, ut ſ̄. & ideo dicit præ. decret. exceptiōis. ꝙ
talis exceptio non impedit litis conteſtationem, quia, ut dictū
eſt, non competit contra literas ſed cōtra petitionem ꝓpoſitā
Hæc ergo eſt ratio, quare peremptoriæ non impediūt litis ↄte-
ſtationem, nec ſunt inter dilatorias ꝓponendæ, ut dixi ſ̄. proxi
uerſiculo, hoc quoque notaneum. Sed ſi ꝓponatur ↄ̄ actionē
propoſitā, ut ſi peto decē ex cauſa mutui: tu reſpondes, nō tene
or tibi, quia feciſti mihi pactum de nonpetendo, hoc bene pro-
ponis, quia opponis actioni, & eſt litis conteſtatio facienda: &
ſic poteſt intelligi, quod per exceptionē ꝑemptoriam propoſi-
tam fiat litis ↄteſtatio, extra de dolo & contum. prout. & de ap.
cum cauſam. de quo dic, ut infra de lit. conteſt. §. nunc dicamus.
uerſi. ſed nunquid per exceptionem.
45 † ¶ Si quæris. an exceptio iùriſiurandi impediat litis conteſta
tionem, & ſit contra literas admittenda? diſtingue: quia ſi exci-
piatur de iuramento agentis, quia iurauit. quod amplius nō pe
tet: admittenda eſt propter periculum animæ, ne via periuriis
aperiatur: ut in concor. quæ ſunt ſ̄. uerſiculo. ſed quæro, de ex-
cep. in fin. Si aūt excipiatur de iuramento rei à iudice delato, qa
dicit, quod iuramentū fuit ſibi à iudice delatum, & iurauit, quod
nil debeat, non uidetur exceptio admittenda ante lite ↄteſtatā
contra literas: quia huiuſmodi iuramentum tollit tantum natu
ralem obligationem, ſed non ciuilem: imo remanet ciuiliter obli
gatus, ut ſupra dictum eſt, Vel dic, & melius, quod recipi debet
exceptio: præſertim ſi à parte reo delatum ſit iuſiurādum: quia
tale iuramentum inſtar tranſactionis habet maiorē auctorita-
tem, quam res iudicata, ut ff. de iureiur. l. 2. & quia omnis cōtro
uerſiæ finis, eſt iuramentum, ut extra, eo c. & ſi Chriſtus. ſecun-
dum magiſtrum Pet. de Sam. qui auctor eſt proximæ diſtinctio
nis, quæ nihil aliud cantat, quam quod ſupra, præſcripſimus.
46 † ¶ Hoc quoque notandum eſt, quod ↄtra exceptionem rei
iudicatæ poteſt opponi, quod non fuit iudex, qui eam tulit: cō
tra tranſactionem verò, ꝙ dolo facta fuit, vel quòd negotium
non fuit legitime finitum: contra præſcriptionem etiam, quòd
fuit interrupta, & ſimilia, ff. ad Tertul. l. j. in fi. ff. de verb. ſig. tran
ſacta. & l. ſeq. iſta enim præiudicialia ſunt, & prius tractāda, ext.
de ordi cog. tuam. vel, ſecundum dominū meum, utriuſq; par-
tis teſtes admittentur, ubi ſimul ↄcurrūt exceptio & oppoſitio
ſicut præſcriptio & interruptio: qđ dic, prout ipſe no. in præ. ca.
exceptionis. De hac exceptione vide. j̄. de ſen. §. nūc de effectu.
47 verſi. item pone. † ¶ Sed quæritur, qualiter pronunciabit ſuper
huiuſmodi peremptorijs ante litis ↄteſtationem probatis, con-
tra quas nihil extitit replicatum? non enim videtur, ꝙ pronun-
ciabitur ſuper principali, cum non ſit ſuper eo lis cōteſtata, arg.
ff. de iudic. l. de qua re. extra. de cau. poſſeſ. & propri. cū ſuper. in
fi. vnde, ſ̄m Ber. non pronunciabitur ſuper principali, ſed ſuper
exceptione rei iudicatæ, uel tranſactionis, uel negotij finiti, de
quo actū eſt, ꝙ ſic fiet. dabitur enim exceptio in ſcriptis. vt ext.
de proba. quoniam contra. cuius ſcripturæ forma talis erit:
48 † ¶ FORMA proponendi exceptionem peremptoriam: Corā
vobis, domine iudex, excipiendo propono ego talis, ↄ̄ petitio-
nem talis, in qua petijt talem rem à me, dicens eam ad ſe perti-
nere, ꝙ alia vice coram tali iudice ſuper hoc inter nos extitit liti-
gatum. & ab eo ↄ̄riam ſententiam diffinitiuam reportauit, à qua
non extitit appellatum: vel illa quæſtio fuit per tranſactionem
legitime ſopita, uel queſtio eſt finita: Iudex uero hoc modo pro
nunciabit, ſecundum Ber.

¶ FORMA. Quia nobis cōſtat, ꝙ ſuper eo, quod talis petijt,
ſibi obſtat exceptio rei iudicatæ, à qua non fuit appellatum, uel
tranſactionis, uel negotij finiti, diffinitiue pronunciamus, dictū
talem ſuper prædicta petitione non eſſe ulterius audiendū, ſibi
ſuper hoc perpetuum ſilentium imponendo: vt extra, de accuſ.
veniens. §. fi. ſed illud loquitur in accuſatore, cui etiam obſtat ſi-
milis exceptio: hic autem loquimur, quando contra reſcriptū
talis exceptio proponitur, ut patet in ſuperioribus: & ideo dicūt
quidam, quibus idē Ber. aſſentit, ſufficere in tali caſu pronuncia
re, non ualere tale reſcriptum & aduerſarium in expenſis ↄdem
nari, extr. de reſcrip. ca. fi. & c. diſpendia. eo. titu. lib. 6. Præterea in
præmiſſa forma fit pronunciatio ſuper principali, vnde tertij,
alijs verbis retentis, non ponunt verba illa, ſibi ſuper hoc perpe
a tuum ſilentium imponendo. Rof aūt dicit,[a] ꝙ iudex in ſua pro
nunciatione faciet legi libellum in principali oblatū, & dicit ſic:

¶ FORMA. Cum reus contra prædictam petitionem talem
exceptionem propoſuerit, & datis ſibi inducijs eam ſufficienter
probauerit, actorem non admitto ad agendum, & non admittē
dum fore pronuncio, ff. de iur. fiſc. Statius Florus. §. Cornelio. ff.
ad Maced. l. j. §. ſi pendeat. Tutius eſt ergo, ꝙ præmiſſæ exceptio
nes proponantur poſt litem cōteſtatam, ut dixi ſ̄. ver. vt autem
hoc. Qualiter autem pronūciabitur dilatoria exceptio probata,
dicetur. j̄. §. pro. Si autem renunciauerit quis omnibus exceptio
b nibus, vide ſup. §. prox. verſi. cæterum.[b]

## ADDITIONES.

a Dicit. ¶ Cuius dictū placet, vt ſcripſi in dec. exceptionis. ſuper gl. ſufficie-
bat. quod intelligo qn̄ ſimpliciter & dilàtoria, & in uim dilatoriæ propoſi
ta eſt, ut dixi ſ̄. de dilat. §. j. ſuper uer. item quæritur.

b Cæterum. ¶ Ibi plena remiſsio de materia.

## *SVMMARIVM.*

*1 Ex breui uerborum mutatione multum mutatur effectus.*
*2 Reus in excipiendo fit actor, quia affirmatiua exceptionis propoſitio requirit probationem. & nu. 18.*
*3 Exceptionem peremptoriam pure proponens, actoris quodammodo fundat intentionem.*
*4 Forma reſpondendi, ubi de actoris intentione, uel eius probatione dubitat.*
*5 Dote per dolum promiſſa, an per talem promiſsionem poſſit actio quædam oriri.*
*6 Exceptionem præſcriptionis, uel uſucapionis proponens, an de actoris intentione confiteri uideatur.*
*7 Litis conteſtatio an per ſolam confeſſionem oriatur.*
*8 Reo, cui peremptoria exceptio competit, negante ſe teneri, an ſi poſt litē conteſtatam uelit eam proponere, audietur.*
*9 Reo peremptoriam exceptionē proponente, ſi in eius probatione deficiat, an & qualiter ſit condemnandus.*
*10 Literarū obligatio ſuper exceptione non numeratæ pecuniæ, quæ dicatur.*
*11 Debitore negante ſibi pecuniam fuiſſe numeratam, ſi creditor contrariū probat, poſtea autem debitor dicit ſe ſoluiſſe, an audietur.*
*12 Creditori nihil ſibi deberi aſſerenti, credendum eſt.*
*13 Exceptiones aliquæ competunt uni, quæ non alteri.*
*14 Aduocatus in proponendo declinatorias iudicij quem ordinem obſeruare debeat.*
*15 Reo nullam exceptionem habente, nec contra iuriſdictionem, nec ex perſona iudicis, quæ alias potuit opponere.*
*16 Forma proponendi dilatorias exceptiones.*
*17 Nominatim qualiter debeat q̄s in iudicio proteſtari.*
*19 Recuſatio in iudicio facta, qualiter ſit ſufficiens & admittenda.*
*20 Reus non ualens ex aliqua cauſa iudicem recuſare, quomodo aliter ſe habere debeat.*
*21 Forma excipiendi in cauſa excommunicationis quæ ſit.*
*Exceptio excommunicationis non eſt ſine cauſæ expreſsione admittenda.*
*22 Excommunicatio minor non repellit a iudicio, nec a fidelium participatione.*
*23 Exceptionibus in iudicio propoſitis, qua forma notarius eas ſcribere habeat.*
*24 Dilatoria ſolutionis, uel peremptoria in iudicio propoſita, ſub qua forma ſcribetur a notario.*

25 Iudicem

25 *Iudicem exaſperare fatuum eſt.*
26 *Iudex legitimas exceptiones non admittens eſt puniendus.*
27 *Iudice nec recipiente,nec repellente exceptiones;quid ſit agendum.*
28 *Appellari an poſſit a iudice ſeculari propter exceptiones non admiſſas.*
29 *Iudex qualiter ſe debeat habere, ubi exceptione propoſita, & non admiſſa,pars appellaret.*
30 *Forma pronunciationis iudicialis, ubi iudex adueniente termino uidet exceptionem propoſitam eſſe probatam.*
31 *Exceptione in iudicio propoſita,nec pbata, qualiter pronũciabit iudex.*
32 *Reo non ualente,uel nolente,quod obiecit,in iudicio probare,quomodo iudex habeat pronunciare.*
33 *Condemnatio an,& quomodo poſſit ante taxationem fieri.*
34 *Iudex nulla interlocutione debet ante pronunciationem pandere quid ſentiat.*
35 *Sententia ſub incerto prolata quomodo poterit certificari.*
36 *Forma pronunciandi generaliter,& ſuper qualibet exceptione.*
37 *Iudex uidens ſe male interlocutum fuiſſe,uel male proceſſiſſe, an poterit ſuam interlocutoriam,uel quod fecit,reuocare.*
38 *Reuocatio grauaminis ad cuius,uel quorum notitiam debeat peruenire.*
39 *Reuocatio grauaminis quot modis,& qualiter per iudices fieri poſſit.*
40 *Papa ſuam ſententiam iniuſte latam,corrigere debet.*
41 *Reuocatio grauaminis,ubi de ea dubitat iudex,ſi ſit grauamen, uel non, ſub qua forma fiat.*
42 *Forma literarum a iudice fiendarum,vbi appellans, abſens ſit in reuocatione grauaminis.*
43 *Altero contrariorum electo,alteri renunciatum eſſe uidetur.*
44 *Iudex an poßit interlocutoriam pro me contra te latam, a qua non appellaſti poſt decem dies reuocare.*
45 *Appellatione facta ab interlocutoria,ſi in cauſa appellatione datus eſt iudex,qui citauit partes,& ad alia proceſſit,an a primo iudice poterit grauamen reuocari.*
46 *Exceptiones peremptoriæ rei cohęrẽtes,uel etiam dilatoria,à quibus,& quo caſu proponantur.*
47 *Hæredi, aut fideiuſſori, an poſſint exceptiones competere in eo quod eſt perſonale.*
*Exceptiones an poſſint contra paciſcentes opponi.*
48 *Exceptionibus pluribus,etiam diuerſis,uti nemo prohibetur.*
49 *Exceptiones peremptoriæ an ſint perpetuæ.*
*Temporalia ad agendum,perpetua ſunt ad excipiendum.*
50 *Aduocatus timens de principali,qualiter habeat ſibi præcauere.*
51 *Doctrina mala,teſtis eſt malitiæ doctoris.*
*Natura humana prona eſt ad malum,imitatrixque uitiorũ,libentiuſque malam,quam bonam doctrinam amplectitur.*
52 *Culpa pari cenſetur vitiari,qui & prohibita ſtudet,& ea docet.*
53 *Doctor malus quoties docet,quod auditoribus non conuenit,toties ſermo malus de ore ſuo procedere dicitur ad auditorum rorruptionem.*
54 *Fruſtratorie appellans in expenſis legitimis eſt condemnandus.*
55 *Mali gaudent malis,& exultant in rebus peſſimis.*
*Ruſtici garrulitatem auctoritatẽ putãt,eaque decipiuntur & uincuntur.*
56 *Plures ſunt exceptiones,quam actiones:nec eſt reperire actionem, aut interdictum,quod aliquam,uel aliquas non recipiat exceptiones.*
57 *Remedijs in iudicio deficientibus,quomodo caute ſit prouidendum.*

¶Exceptio ſicut & actio quandoque inepte proponitur.

4.§.Viſo quando exceptiones opponanť, quia exceptio,
ſicut & actio,quandoque ineptè proponitur,vt
ff.de flu.l.j.§.Labeo.ideo videamus, qualiter, & à qbus, & quo
a ordine opponantur. Ad quod primo in genere ſciendũ eſt, [a] ꝙ
aduocatus rei aduertere debet diligenter, quibus uerbis ↄcipiet
exceptionem.nam põt in hoc de facili errare, ut in p̃d.§.Labeo.
quod patet ex eo:nam lex concipit uerba exceptionis & replicationis,ff.de procu.qui proprio.§.fi.& l.ſeq.ff.de act.emp.& vẽ.
l j.in prin.& l.quia pendentem vindemiam. extra.de excep.dilecti de iu.exhibita.& ca.examinata.ff.qui pot.in pign. hab. creditor.reſponſo j.ff.de curat.furio.l.conſilio. §. j. quod patet etiã.
nam aliud eſt dicere,non habes mandatũ:& aliud,dubito, utrũ
habeas mandatum,ut no. infra,de ſatiſda.§.viſo.& aliud eſt dicere,tu non es maior:& aliud,tu es minor, ut not. ſup. de actore,
1 prope prin.† quia vis facienda eſt in ordine verborum, ut 43. diſtinctio.ſit rector.in fin.& 31.diſtinctio.omnino.Ex breui enim
mutatione verborum multum mutatur effectus. vt 3. quæſtio.
7.in grauibus.& ca iudicet.ff.de verbo. ſignifica. natura cauilla-
2 tionis. † ¶Hinc eſt, quod ſi affirmatiue proponatur exceptio,
proponens debet eam probare:quia reus in excipiẽdo fit actor,
ff.de excep.l.j.ff.de proba.in exceptionibus.niſi cum opponitur
exceptio non numeratę pecuniæ,uel dotis.ut infra dicam:ſecus,
ſi negatiue,ut dixi ſup.§ nunc videndum.uerſiculo,licet autem
b ſecundum.& dixit etiam Pileus,[b] quòd reus ſic poteſt reſponde
re libello, quòd onerabit ſemper actorem probatione, & ipſe
ad probationem exceptionis interim admittetur:vt pote nõ negando, vel inficiando preciſe intentionẽ actoris:ſed reſponden
do ſic,non credo verum eſſe,quod dicis,vel inde dubito, C.de
c exce.ſi quidem. [c] & ſic poſtmodum poterit vti exceptionibus
quæ actionibus inſtitutis obiiciuntur, & eas probare, ut infra
uerſiculo,ſed nunquid. Si vero reus preciſe negaret,& actor ſuã
intentionem probaret, nõ poſſet poſtea vti reus exceptione,ut
d infra,verſiculo,eſt igitur.& ſeq.[d] quod colligitur C.de non numer. pecu. authen.contra qui propriam.quod dicitur generale
e eſſe in omnibus exceptionibus quod ibi dicitur, [e] Tu ergo aduo
f cate rei [f] nota. nam ſi confidis actorem in ſua intentione deficere,nullam proponas exceptionem,ut C.de except ſi quidem.in
princip.ſed tãtum de facto tunc excipitur, ſicut de facto ſolum
agitur.puta ſi agatur ex nudo pacto,C.de tranſact.vbi pactum.
C.de contrahen.& com.ſtipul.nunquid.in princip. vel cum agitur ex turpi promiſſione,vel ex ea cauſa,ex qua nõ datur actio,
ff.de verbo.obliga.generaliter.& l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.qua.re.act.non datur,l.j.§. quæ onerandæ.licet ſine actione nemo experiatur.ff.de adminiſt.tuto.quoties. §. item ſi temporali.ff de neg.geſt.ſi pupilli.§.j. Sed tunc nõ dicetur exceptio
proprie, ſed defenſio: quia exceptio eſt actionis excluſio, ff. de
exce.l.ſecunda.in prin.Inſti.eo.in princi. ubi ergo nulla eſt actio
3 locum non habet exceptio. † ¶Eſt igitur valde periculoſum,exceptionem peremptoriam,pure proponere: quia qui eam pure
g proponit, actoris quodammodo fundat intentionem: [g] ita ꝙ
ſi exceptionem non probauerit, condemnabitur eidem, ff. de
probat. in exceptionibus. reſpon. j. & iam dicam. Fallit tamen
hoc in exceptionibus non numeratæ pecuniæ,& non numeratę
dotis:quibus legitime obiectis inter legale tempus,non incumbit neceſſitas probandi opponenti, C. de non numera. pecun.
h l.prima.& tertia. [h] C.de dote caut.l.j.& l.fina.authentica,quod
locum.
4 † ¶Si uero dubitatur de intentione actoris, uel de eius proba-
i tione, dicit Vber. de Bo. [i] in perſonali actione ſic reſpondendum eſſe:

¶FORMA. Non credo aliquid me actori debere: & ſi oſtenderet, ex nunc propono exceptionem rei iudicatæ, uel pacti de non petendo,& huiuſmodi. Similiter fiet & in reali: quia dicet, non credo me teneri ad reſtituendum id, quod à me petis:& ſi oſtenderis rem,quam a me petis,eſſe uel fuiſſe tuam,ob-

ijcio

ADDITIONES.

a Sciendum eſt. ¶ Verba ſunt Vber.de Bob.char. mihi 12.verſi. ſed in genere dico tibi.
b Pileus. ¶ Vbi ſ.ultra medium,verſi.item poteſt reus ſic.& concor. Vin.j.
verſi.ſed quid ſi debitor.
c Si quidem. ¶ Exprimis Pileus,quomodo text.illius legis hoc probat ibi,
nam ſi de intentione dubitas,&c.
d Et ſeq. ¶ Vide ſ.§.prox.uer.ſed nunquid.& remiſsionem, quæ ibi eſt in fi.
& j.verſi.& nota.
e Dicitur. ¶ Dixit Pileus: quidam dicunt, ſpeciale eſt, quod ibi dicitur:
quod non credo.ſubdit,quòd forte aliquid eſt ibi ſpeciale,quo ad pœnam inficiantis, quaſi nolit, quòd quo ad poteſtatem aſſerendi contrarium j.dicto,ſit ibi aliquid ſpeciale.Tu dic,ut not.de reg.iur.nullus pluribus.lib. 6.
& ff.eo.titu.nemo ex his. & uide inf. verſic. quid ſi debitor. & quod ſtatim
ſubdam.
f Rei. ¶ Secundum Vber. de Bo. cuius eſt totum, quod ſequitur uſque
ibi,niſi forte diceret.& hæc in titu.de peremptorijs exceptionibus, uerſic.
animaduertat.
g Intentionem. ¶ Hoc eſt falſum, ut patet de regul. verſicul. exceptionem.
lib.6.Cuius regulæ triplex ratio eſt,vt ibi not.Item certũ eſt, quòd peremptoria non fit lite conteſtata,capitu.2.libro 6.quod intellige, ſi proponens ſtet in metis exceptionis, ut ibi not. in glo. antepenul. Vnum nota, quia æquitas,quæ mouit hic tenentes,non ſuccumbet: quia ſi non operatur exceptionis propoſitio, conſequetur agens per reſponſionem ad poſitiones ſuas, quas ad faciliorem expeditionem litium per confeſsionem partium vſus longæuus in cauſis adinuenit,vt in clem.de verbo.ſigni.ſæpe. verſic.
& quia.

ADDE, quòd Abb.in c.venerabilis.reprobans opin. Barto.in l.non vtique.tenet opin.gloſſ.in regula,exceptionem.de regu.iur.& in d.capitu.
cum uenerabilis. ſcilicet quòd ſolum excipiendo non ſibi præiudicat proponens exceptionem.Et hanc opin.tenet Innocen.ibi,& Bald.in l.decem.
de verbo.obliga.Ludo.tamen Rom.conſilio 77.tenet quòd obiiciens exceptionem compenſationis,uidetur fateri debitum,ut tenet Dyn.in c.nullus pluribus.

ADDITIO. Adde Bald.in l. cum Papinianus. C. de ſenten. & interloc.om.iudic.in penulti. colum. verſicul. item dicit. ubi, an opponens exceptionem compenſationis,uideatur fateri debitum?& quid ſi reconueniat?& eundem Bald.conſil.33.incip.verba inſtrumenti.colum. fina.verſi.
quæſtio. in j. volumi. ubi, an compenſatio ſit proprie probatio.Henricus
Ferran.
h L.j.& 3. ¶ Quæ incipit, ſi ex cautione. & ibi de hoc per gloſſam.& Cyn.
& uide quod ſcripſi de ſolut. capitu. final. in mag. gloſſ. uerſicul. nec mireris.
i Vber.de Bona. ¶ Vbi ſup. dixi contra conſilia, quæ docent mentiri:uide
quod dixi de teſt.ex tenore.ſuper 3.glo.& no.de confeſ.ca.1.lib. 6.in j.glo.
uer.ſcire debes.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

a ijcio præſcriptionem, vel vſucapionem, [a] vel aliam perempto-
riam competentem. Et quòd ſic ſub conditione ſit proponen-
da, probatur C. de excep. ſi quidem. §. fina. nec taliter proponen
do, ſeu conditionaliter excipiendo, videtur confiteri de intẽtio
ne aduerſarij, ff. eo. l. non utique. extra eo. capitu. cum uenerabi
lis. nec mentiri: quia mendacium punitur, C. de non nume. pecu.
authen. contra qui propriam. Vbi autem pure opponitur, uide
tur excipiens fundare, & confiteri intentionem actoris. propo-
nendo exceptionem, niſi eam probet aperte, ut iam dixi: & pro-
batur ff. de rei ven. officium. ff. de confeſ. certum. § ſed & ſi fun-
dum. quod clare patet in eo qui dolo, uel aliter, quam putat, ob
ligatus eſt. C. de inut. ſtipul. dolo. & ff. de verbo. obligatio. ſi quis
eum aliter. nam obijciendo exceptionem doli, fatetur ſe obliga
tum: & ſic fundat actoris intẽtionem, niſi probet dolum in pro
miſſione interceſſiſſe, vt ff. de probatio. quoties. §. qui dolo. &
idem in exceptione pacti & iuriſiurandi, & alijs: & uide ĩ. de po-
5 ſitioni. §. x. verſic. ſed pone, lite. † ¶ Licet hoc failit in dote pro-
miſſa per dolum, ex qua promiſſione nulla actio oriri poteſt, ff.
6 quod met. cauſ. ſi mulier. §. ſi dos. † ¶ Sed & opponendo exce-
ptionem præſcriptionis, quæ cuilibet obſtat, uel uſucapionis, nõ
videtur quis de intentione actoris confiteri, ſecundum Vber.
de Bonac. & Vber. de Bo. quia dico iuſtum titulum a non domi
no, quem putabam dominum, me habere & me bona fide per
continuum triennium, uel decennium poſſediſſe, quæ in vſuca-
pione & præſcriptione longi temporis exiguntur, C. de uſuca.
transfor. l. unic. & Inſtitu. de uſuca. in princip. in tricennali non
exigitur titulus ſiue cauſa, ut not. C. de præſcriptio. 30. anno. ſi
quis emptionis. Vbi ergo cõditionaliter peremptoria exceptio
proponitur, non uincet actor, niſi fundet, ſeu probet intentio-
nem ſuam, nec etiam ea fundata, ſi reus probet exceptionem:
ubi uero pure proponitur, ſtatim ex hoc actoris eſt fundata intẽ
tio: vnde uincet ſine alia probatione, niſi reus probet exceptio
nem niſi forte diceret, has oppono exceptiones ſaluo iure meo:
quia dico me fuiſſe abſolutum: & ſic actor debet probare: quia
ei, qui dicit, &c. ff. de prob. l. 2.6. quæſtio. ultim. actor ſecundum
Vber. de Bob. hodie tamen fere communiter petitio ſimpliciter
negatur, & exceptio pure proponitur, nec aduocati multi hanc
ſubtilitatem aduertunt: quæ tamen diligenter eſt aduertenda.
Papa no. in præ. dec. cum uenerabilis, quod excipiens de permu
tatione, non videtur confiteri rem fuiſſe permutantis, ſed per-
mutantem non poſſe contra permutationem uenire, uel rem
permutatam repetere. Tutius tamen eſt, ut dicit, ſi ſic dicatur:
dico, quod res non eſt, uel non fuit tua: ſed & ſi tua fuiſſet, ex cã
7 permutationis in me tranſtuliſti, ut in præ. l. ſi quidem. † ¶ Sed
nunquid per prædictam conditionalem reſponſionem fit litis
b conteſtatio? [b] Puto quòd ſic, ut habetur in præ. decre. cum uene
rabilis. licet Ber. ibi no. contrarium: & dicam infra de lit. conteſt.
§. nunc dicamus. uerſic. illud etiam. Sed & ubi pure proponitur
c exceptio peremptoria, dixit Vber. de Bona. [c] non fieri litis con
teſtationem principaliter ſuper actoris intentione, ſed ſuper ex-
ceptione: quia actoris intentionem confitetur & per confeſſio
nem non fit litis conteſtatio. de hoc dicam in e. §. verſiculo, ſed
8 ſi reus. † ¶ Quid ſi reus cui peremptoria exceptio competit, ne-
d gat ſe ſimpliciter teneri: [d] nunquid poſt litem conteſtatam uo-
lens eam proponere, audietur? Argum. quod non, in authen. de
trien. & ſemiſ. §. ſtudium. C. de non nume. pecu. authenti. contrà
qui propriam. ff. de re iudi. ſed hoc ita. §. fin. extra. de proba. per
e tuas. Vber. de Bona. [e] dicit contrà, argum. C. ſenten. reſcin. non
poſſ. ad peremptorias. ſed aduocatus faciat, quod reus proteſte-
tur eam de nouo ad eius notitiam perueniſſe, ne eam proponen
do ſimpliciter uideatur contrarius ſibi eſſe, & ne iudex reum re-
putet mendacem, uel uariantem, nec de cætero fidem adhibeat
dictis eius, eo quod ſimpliciter negauit, poſtea excipiendo con-
fiteri uidetur, ut prædixi, ff. de ven. inſp. l. j. circ. princi. ff. de inter.
ac. de ætate. §. ex cauſa ext. ut ec. benef. ca. unico, ff. de iureiur. ſi
duo patroni. reſponſ. j. & argumen. ff. de re mil. non omnes. §. à
f barbaris. [f] Qualiter autem proponantur exceptiones perem-
ptoriæ litis conteſtationem impedientes: & qualiter eis proba-
9 tis iudex pronunciabit, dixi ſ. §. proxim. ad fin. † ¶ Illud quoque
non eſt ignorandum, quod ſi reus proponat peremptoriam ex-
ceptionẽ, licet deficiat in eius probatione, non tamen condem-
nabitur, niſi actor ſuam probet intentionem, ut extra. de excep.
cum uenerabilis. ubi licet procurator monaſterij defeciſſet in
probatione propoſitæ exceptionis, tamen monaſterium non
fuit condemnatum, quia epiſcopus non probauit ſuam inten-
tionem: habet enim tunc locum regula illa, actore non proban-
te, &c. ext. de cauſa poſ. & prop. cum eccleſia. extr. de iureiu. c. fi.
10 † ¶ Super exceptione non nume. pecuniæ notandum eſt quod
literarũ obligatio dicitur, quoties quis ſpe futuri mutui, uel fu-
turæ numerationis, confitetur ſe pecuniam recepiſſe mutuo, q̃
in ueritate non recepit, ſed ſolam cautionẽ fecit aduerſario ſuo:
quo caſu debet exceptionem non numeratæ pecuniæ intra bien
g nium opponere. [g] hæc probantur Inſtitu. de liter. obli. C. de nõ
num. pec. in contractibus. C. de epiſc. audi. ſi præſens. in authen.
Col. 7. de tempore non ſolutæ pecuniæ, niſi forte in inſtrumen-
to cautionis confeſſus fuiſſet ſe mutuum accepiſſe, & etiam red-
dere promiſiſſet: quo caſu exceptio in factum proponitur, C de
non num. pec. cum ultra. Debet autem hæc exceptio proponi
præſente eo, contra quem proponitur, & in ſcriptis, & apud iudi
cem in præſentia teſtium rogatorum, hoc modo.

FORMA. Ego A. dico, quod confeſſio, qua confeſſus fui
me recepiſſe a te decem mutuo, facta fuit ſpe futuræ numeratio
nis, quæ non interceſſit: ideoque propono exceptionem non
numeratæ pecuniæ, uel exceptionem in factum, contra cautio-
h nem prædictam, quã ego ipſe, uel etiam talis tabellio ſcripſit. [h]
Idem quoque iuris eſt in exceptione non ſolutæ dotis, licet ſit
diuerſitas in tempore: quia ſi matrimonium minus duobus an-
nis durauit, regulariter opponitur hęc exceptio intra annum ſo
luto matrimonio, ſi autem durauit ultra biennium, non tamen
ultra decennium, poteſt opponi intra tres menſes, poſt ſolutum
matrimonium: ſi uero durauit ultra decennium, tunc exceptio
non opponitur, C. de do. caut. & non nu. l. ulti. & authen. quod
locum. Fallit hoc in minore, ut C. de temp. in integ. reſtitut. au-
i then. ſi minor. [i] † ¶ Sed quid ſi debitor negat ſibi pecuniam nu-
11 meratam fuiſſe, creditor uero contrarium probat quod facere
debet, ut C. de probat. l. j. nunquid debitor uolens poſtmodum
dicere ſe ſoluiſſe, eſt audiendus? uidetur quod non, ut in hoc pu
niatur propter mendacium: argumen. ff. de rei uer. dic. l. fina. &
in authentic. colum. 3. de trien. & ſe. §. illud quoque. C. qui pot.
in pigno. hab. authentic. item ſi poſſeſſor. extra, de ſolut. capit.
fina. C. de non numera. pecun. authent. contra qui propriam.
Inſtitut. de fideicom. hæred. §. final. Iam enim confitetur ſe pecu
niam recepiſſe, quod prius negauerat: ideoque non uidetur au-
diendus, tanquam contrarius ſibiipſi, extra de probat. per tuas.
de ap ſolicitudinem, ut ec. benefic. ut noſtrum. C. de non nume.
pecun. generaliter. Contra, quia nemo prohibetur pluribus ex-
ceptionibus etiam contrarijs uti. ff. de regu. iur. nemo. extra de
præſcrip. ueniens. & argumen. ad hoc ff. de probatio. cum de in-
k debito. in princip. Poteſt dici, ſecundum Vber. [k] quod ſi ex pro-
l pria ſcriptura, ſeu ex proprio facto conueniatur, [l] non eſt au-
diendus, ut in primis concor. Si autem ex ſcriptura, uel facto pa-
tris, uel alterius, tunc audiatur, ut in contrarijs: argumen. ad hoc
in præ. l. generaliter. & facit ad hoc, quod not. infra, de poſſeſſ. §.
8. verſicu. ſed ſecunſtum Vincen. autem not. extra. de ſolut. cap.
fina. quod reus debet caute reſpondere, & non præciſe negare.
Debet enim reſpondere, dubito, uel non credo me ad idem tene
ri: & poſtea poterit reſpondere actionibus, & uti exceptioni-
bus, C. de except. ſi quidem. nec enim tenetur ſemper præciſe
negare, ſed poteſt reſpondere dubito: argumen. ff. de pet. hære-
dit. ſi debitor. quod dic, ut infra depoſ. §. ſed nunquid. & ſic cau-
ta eſt reſponſio, & magis fatigabitur aduerſarius, ſecundum eum
ſupra.

## ADDITIONES.

a Vſucapionem. ¶ Non uideo, quod exceptio præſcriptionis, uel uſucapio-
nis, includat aliquod ius agenti, ut ſtatim ſequitur: & ſi in his non eſt neceſ
ſarium hoc conſilium, niſi diceret reus, præſcripſi contra te: & ſic loquitur
quod nota. in regula, exceptio. ſuperius allegat.
b Lit. conteſt. ¶ Vide, quod dixi ſup. ver. prox. in prin.
c Vber. de Bona. ¶ vbi ſ. verſi. ubi autem.
d Teneri. ¶ In hac forma non eſt expediens conſilium Vberti, de quo ſequi-
tur, quod procederet, quando negaſſet mutuum, uel contractum. conſtat
autem eum, cui peremptoria competit, non teneri, de regu. iur. l. non eſt in
mora. lib. 6.
e Vber. de Bona. ¶ Vbi ſup. in fi.
f A barbaris. ¶ Finis Vber. ſecundi.
g Opponere. Quomodo in priuato hoc locum habet, non in prælato no-
mine eccleſiæ contrahente, ſcripſi poſt. Hoſtienſi. de fide inſtrumento. ſi
cautio. ſuper gloſſ. penulti. ubi etiam inuenies, quod hic de dote ſequi-
tur.
ADDE, quòd Abb. aliter loquitur, quam Hoſt. in d. c. ſi cautio de quo
plene uide per noniſſ. in l. ſi ciuitas. ff. ſi cer. pet.
h Scripſit. ¶ An vero poſt biennium audiatur, maxime qui redire iurauit
prolixe ſcripſi poſt Hoſt. de ſolut. c. ult. in vlt. gl. & uide Cyn. C. de non nu.
pec. l. 3. in 3. & 4. q.
i Si minor. ¶ Idem inuenies infra. de confeſ. §. nunc uidendum. uerſicu.
quid autem dixi, & quæ ſit ratio horum duorum caſuum, ibi uide verſicu.
ſequen.
k Secundum Vber. ¶ Hic habeo ſuper l. j. C. de prob.
l Conueniatur. ¶ Alias, communicatur.
ADDE, quod Barto. in authen. contra qui propriam. dicit, quod
ratione mendacij non auditur ad euitandam pœnam negationis, ſed ad
probandam ſolutionem bene audietur: & hoc ibi ſequitur Paulo. de Ca-
ſtro.

a s̃.prope princi.huius §.[a] † ¶Sed quid econuerſo,pone enim,ꝙ
12 C.obligauerit ſe pro decem T.qui paratus eſt ſoluere : ſed cum
creditor hoc inficietur,T.debitor, eũ ſuper reſtitutione pigno
ris vocat in iudicium,& coram iudice conſignat,& deponit il-
la decem,proceditur in cauſa, & creditor negat per iuramentũ
ſe mutuaſſe,& pignus ſe recepiſſe:debitor vero ſufficienter pro
bat intentionem ſuam:ideoque creditor condemnatur ei ad pi-
gnoris reſtitutionem.nũc quæritur,quid fiet de illis decem, quę
ſunt depoſita penes iudicem ?non enim vendentur danda credi-
tori,cum iuratus dixerit ſibi debita non eſſe:& ſic omnis obliga
tio vr̃ ſublata eſſe,vt s̃.in prin.huius tituli, nec inuito beneficiũ
confertur.74.diſtin. geſta.Item nec debitori , cũ in cã iurauerit,
& publice confeſſus fuerit,ſe illam pecuniam debere . & ſic ſuã
non eſſe:per ɔñs,alterius:ff.de procur.Pomponius.§ ſed & ſi is.
ideoque vr̃ fiſcum debere ipſam retinere : ſed ſub iudice lis eſt
13 † Item tu aduocate actoris cõſidera , [b] an reus ſit talis perſona,
b cui ɔpetit exceptio.quædam enim competunt vni, quæ nõ alij:
puta lenocinij,quæ competit libero,& non ſeruo : ꝙ ſi dubium
ſit,an perſona ſit idonea, de hoc prius quærendũ eſt, C.de adul.
qm̃.Excommunicato autem bene ɔpetunt dilatoriæ, & perem-
ptoriæ in defendendo,non in agendo, uel recõueniendo, extrà
de excep.cum inter.& c.fi.& de iu.intelleximus.Et nota. ꝙ qui-
dam conſulunt,ne exceptionem peremptoriam proponas, do-
nec videris dicta teſtium ab aduerſario tuo productorum:qui ſi
bene probauerit,ɔfeſtim eam proponas:alioquin nõ eſt propo-
nẽda:argumentũ in his,quæ no.s̃.verſi.tu ergo.s̃.de teſte,§.qua
c liter.ver.ſed opponit̃. [c] † ¶Porro in proponendo declinatorias
14 iudicij diligens aduocatus hunc ordinem obſeruabit. ut ſi qua
reo ex ipſa iuriſdictione ɔpetit,illam prius proponat:puta non
es iudex meus,ext.de iu.at ſi.ut quia clericus uocat̃ ad iudicium
ſeculare,extra de foro ɔp.ſi diligenti.uel aliquis ad iudicem non
ſuũ,11.q.j. in clericorum. & ſimilia. hæc ergo eſt proponenda:
nã ſi ea omiſſa accederet̃ ad alias, in iuriſdictionẽ iudicis ɔſenti-
re videretur,C.de iuriſdi.om.iud.l.j.vnde poſtmodum non po
teſt ad eam quis ulterius redire,C.de iudic.ſancimus.in fi.Quod
intellige,ſi ſcienter omittatur:ſecus ſi ignoranter, ff.de iuriſdic.
om.iud.ſi per errorem.Hac uero deficiẽte, uide ſi ɔperat aliqua
ex perſona iudicis,ut quia eſt ſuſpectus, vel ſeruus, vel infamis,
vel excommunicatus:& ſic de alijs.§.j. verſiculo,dilatoriæ.& in-
ter omnes dilatorias dicũt magiſtri illam de ſuſpecto proponẽ
dam:quod dic,ut ſupra de tranſac.§.fit autem. Sed ego dico pri
mo ponendam ſecurim ad radicem,ſcilicet ad iuriſdictionẽ, ut
d 3.q.6.§. exceptio. & ĩ. dicetur. [d] † ¶Quod ſi reus nullam habet
15 exceptionem,nec ɔ̃ iuriſdictionem,nec ex perſona iudicis, op-
ponat,ſi habet ɔ̃ reſcriptum,quæ multæ ſunt,inter quas poſſunt
eſſe aliquæ ad iuriſdictionem pertinentes: puta ꝙ eſt obtentum
per falſi ſuggeſtionẽ,uel veri ſupreſſionẽ,& huiuſmodi. Quod
ſi nulla ɔ̃ reſcriptam ɔpetat, opponat ſi habeat aliquam ex perſo
na actoris,vel procuratoris.quod fit multis modis. Vltimo aũt
proponat ɔpetẽs ſibi ratione ſui,vt quia eſt legatus, & huiuſmo
di:uel ratiõe cauſæ,uel loci,uel libelli, & ſic de alijs. quæ oĩa dic,
ut præ.verſi.dilatorię.& hic eſt verus ordo proponẽdi exceptio
16 nes fori declinatorias.† ¶Et nota,ꝙ omnes dilatorię ſunt ſimul
proponendæ . vnde ſm̃ quoſdã ſic proponent : FORMA pro-
ponendi exceptiones: Corã uobis dño T. qui uos dicitis iudicẽ
in tali cã,quæ uertitur, ſeu uerti ſperatur inter me ex parte vna,
& talem ex altera,excipiendo propono ego talis dicens,ꝙ non
eſtis iudex meus ex tali cauſa.Item dico , ꝙ eſtis mihi ſuſpectus:
quia fuiſtis in hac cã aduocatus aduerſæ partis : vel eſtis infamis,
vel excõicatus.Item dico,literas apoſtolicas ad vos directas non
valere,pro eo ꝙ ſunt tacita ueritate,uel expreſſa falſitate obten
tæ.tacuit enim ſe filium ſacerdotis : uel dicit ſe doctorem legũ,
uel decretorum,cum non ſit:quo tacito,uel expreſſo,literas mi
nime habuiſſet.Item dico actorem non poſſe ſtare in iudicio,cũ
ſit excõicatus excõicatione maiori per talem iudicem,uel ex ta
li cã.Item dico, ꝙ procurator aduerſæ partis eſt ɔſtitutus ab ex-
communicato. Item dico ꝙ habeo ius reuocandi forum : & ſic
de ſimilibus . Sed hæc forma vr̃ ſtare non poſſe triplici ratione.
Prima eſt,nam exceptio ſuſpicionis non ɔcurrit cum alijs : quia
cũ recuſo,nolo ꝙ iudex de cã ſe intromittat,vt 3.q.5.quia ſuſpe
cti. Cum uero obijcio ɔ̃ literas , uel aliam exceptionem propo-
no,uolo ꝙ interloquatur,utrum ualeãt literæ,uel non : & an ſit
admittenda exceptio,uel non,quod facere debet etiam cum de
iuriſdictione dubitatur,extra,de reſcrip.dilectus. de offi. deleg.
ſignificantibus,& ſic ſum,tanquam petens ɔtraria,repellendus,
ut extra , de appell. ſolicitudinem.imo etiam cum peto,ꝙ pro-
nunciet ſuper literis,uel ſuꝑ alia exceptione , & corã eo ꝓcedo
facio eum iudicẽ: & tacite uideor renunciare exceptioni ſuſpi-
cionis,& in eum conſentire, extra.de off.deleg.gratum.de iudi.
c.j.Hinc eſt,ꝙ dixit Io.ꝙ ſi quis excipiat,ut dictum eſt,& iudex
interloquatur ſuper literis, uel ſuper alia exceptione pro eo nõ
poterit amplius recuſari, ut no.s̃.de recuſat.§.fit autem.Secũda
ratio eſt:nam in præſcripta forma uidentur omnes exceptiones
ſub copulatiua coniunctione proponi, & ideo tenetur omnes
probare : & ſi ſuccumbit in una, debet ſuccumbere in omnibus
aliis , ext.de reſc.inter cæteras.& c.ex parte.& c.olim.Tertia ra-
tio eſt:nã exceptio de ſuſpecto naturaliter alias præcedit: unde
per ſe eſt ſine aliis proponenda , ut s̃. His rationibus forte moti
alij præſcriptũ proponendi ordinem non ſeruant, ſed unam ſo-
lum proponũt, & proteſtantur ſaluũ ſibi fore debere beneficiũ
cæterarum: ut ſi in propoſita defecerint,poſſint ad alias habere
recurſum.Sed cum malitioſe hoc faciunt, ut lis protrahatur,iu
dicis officio his occurritur,ut dixi s̃.§.nunc uidendũ.uerſi.cæte-
rum. & ſic eis ſua proteſtatio parũ prodeſt . His ergo omiſſis ſic
tene:uide enim ſi potes declinare eius iuriſdictionem, tanquam
non tui iudicis aliquo modo : & primo illam obiicias , ut dixi s̃.
eo.uerſi.porro.Si uero hoc tibi non competat, quia conſtat eũ
iudicem eſſe, cõſidera , utrum ex aliqua cauſa rationabili ipſum
poſſis,ut ſuſpectum,recuſare, & omnibus aliis exceptionibus ſi
quæ competunt,prætermiſſis, proteſtans tamen nominatim il-
lam proponas,& in illa ſola procede.Qualiter aũt proponatur,
& formetur libellus recuſationis,dicam infra. in tractatu libello
rum,& in tit.de of.deleg. Qualiter ꝓcedatur in exceptione per-
emptoria probata,& qualiter formetur,& qualiter ſuꝑ ea pro-
17 nũcietur,dixi s̃.§ proximo,ꝓpe fi.† ¶Sed qualiter nominatim
debet alias proteſtari, ut iam dixi,& ſupra §.nunc videndũ.ver.
poteſt etiam.& uerſi.ſed illud.reſpõdeo, propoſita recuſatione
in fine ſubiungat ſic: ¶FORMA.Hoc aũt propono ad præſens,
ſaluis aliis dilatoriis mihi competentib.quæ tales ſunt,ſ.ꝙ reſcri
ptum eſt ab excõicato obtentum:item ꝙ eſt ſubreptitium,& de
aliis:quib.ſic ſpecificatis,ſubiungat:quas exceptiones uel alterã,
quæ per ſe ſufficiat,me offero probaturum loco & tempore op
portunis. Poſt quam ergo fuerit cognitum de ſuſpicione , poſt
talem proteſtationẽ poterit eas opponere, etiã poſt terminum
datum ad omnes exceptiones ꝓponendas, ut ext.eo paſtoralis.
nec ſufficit in genere ꝓteſtari dicẽdo ſic, ſaluis exceptionib.mi-
hi cõpetentib. alioquin nulla uideretur ꝓuiſio illius dec.paſto-
18 ralis.de hoc in præ.uerſi.ſed illud.† ¶Sed nunqd iudex p̃t me co
gere libellum offerre ſuper dilatoriis exceptionibus? Videtur ꝙ
ſic:quia excipiẽs agere uidetur,cũ reus ſit in exceptionib.actor,
ut ff.de excep.l.1.& nullus debet ſine libello experiri, 2.q.3.offe
e ratur.Dicit Vber. [e] ꝙ non.Tamen ne poſſim uariare , debeo eas
in ſcriptis offerre,ut actor ſuꝑ eis poſſit deliberare , an eis uelit
contradicere,& qualiter eis debeat reſpõdere.Et idem dicit de-
bere fieri in caſibus , in quibus libellus non offertur . Canoniſtæ
autem dicunt,libellum ſuper exceptionib. dandũ , & de calũnia
iurandum:ſed ſi omittatur, nõ ideo proceſſus uitiat̃. quod dic,
vt no.ext.de off dele.prudentiam.§.ſexta.& ĩ.de litis ɔteſt.§.pe.
verſi.j.Sed quod dixit Vber..in curia , & quaſi ubique ſeruatur,
& bene,ut finis litibus imponatur,ext.de do.& contu.finem.ex
f tra , de reſtitutio. ſpoliato. frequens. [f] † ¶Facta igitur recuſa-
19 tione . iudex delegatus conſideret , an manifeſtè ſit ſufficiens
cauſa recuſationis : quod ſi eſt, ſtatim ſuperſedeat,& fiat,prout
dicitur extra de appella.cum ſpeciali . & de offic.delegat.ſuſpi-
cionis. & compellat partes eligere arbitros , qui de cauſa ſuſpi-
cionis principaliter cognoſcant,extr.de for.comp.ſi quis ɔ̃. de
appel. ad hæc. Si uero iudex dubitat an cauſa ſit ſufficiens : puta
quia non expreſſa in iure,ſtatim eligant arbitros ſm̃ formam,q̃
hr̃ in præ.c.ſuſpicionis.& c.cum ſpeciali,ꝙ ſi ſit manifeſte friuo
la : puta quia dicit.recuſo te quia ſemel comediſti cum aduerſa-
rio meo:uel, quia iuit tecum ad ſanctum Iacobũ:uel, quia intra-
ſtis ſimul eaſdem ſcholas:tunc iudex non admittet eam,ſed pro
cedet in cã,ut ext.de app.paſtoralis.de iudi.qualiter.etiam ſi ap
pellauerit,ut ibi,& e.tit.ut debitus.Hoc proſequere, ut s̃.de re-
cuſ.§.qualiter.& §.effectus.
20 † ¶Porro ſi reus non poteſt ex cauſa aliqua iudicem recuſa
re,proponat alias tam contra reſcriptum, quam contra alia cõ-
petentes,in hac forma:

¶FORMA.Coram uobis domino tali iudice, ego talis exci-
piendo

## ADDITIONES.

a Huius §. ¶ Vbi ponitur dictum Pilei.
b Conſidera. ¶ Secundum Vber.de Bo.ſub uerſi.quem in prin.huius §.allegauit.
c Opponit̃. ¶ Caueat ibi in foro ſeculari,ubi ſeruaretur opinio Io. & Azo, vt dixi ſup.§.2.in prin.
d Dicetur. ¶ In ver.& no.Ibi:his ergo & idem Tancre. ubi ſup. poſt principium:licet in apparatu tenuerit , exceptionem de ſuſpecto præcedere , ut no.in dec.de re iud.inter monaſterium. in gl. quicunque. & uide, quod ſuper ea plene ſcripſi.
e Vber. ¶ De Bobio,char.pen.§.cum autem.uerſi.ſed nunquid actor. & Io. de Deo libr.4.rub.de exceptione libelli.
f Frequens. ¶ Libr.6.ADDE,quòd hic ſequitur Abb.in d.§.6.Io.de Lig. Bal.in c.j.de lit.conteſt.

piendo propono, ꝙ literæ per talem ad uos obtentæ, non ualēt:
nec poſſum per eas cōueniri, quia ſunt impetratæ ab excōicato.
Item ſunt ſubreptitiæ quia non faciunt mentionem de proceſſu
coram ordinario ſuper hoc negotio habito: & ſic de alijs exce-
ptionibus præterq̄ de ſuſpicione. quod proſequere, ut ſ̃. in pri-
ma forma, & in fine ſubiungat: Has aūt exceptiones per vos ad-
mitti peto, & eas ſub alternatione propono, vt altera probata,
quę ſufficit, alteram probare cogar: nec ad oēs probandas me ad
ſtringo, ſed ad vnam ſolam, quæ ſufficit ad intentionem meam
fundandam. Et hæc eadem proteſtatio debet fieri in perempto-
rijs proponendis. Et hæc probantur ext. de prob. licet. ver. ideo-
que teſtes. de iud. exhibita. ad fi & ff. de iur. dot. pleriūque. & ꝑꝑ
hanc ultimam clauſulam non compellitur reus probare omnes
exceptiones alternatiuas. Secus aūt eſt in copulatiuis, ut pręd xi
ext. de reſcri. olim. ad fin. & de hoc, ſecundum Papam, ext. de in
int. reſt. conſtitutus. Debet in ſcriptis porrigere, & petere, quòd
redigantur in actis, ext. de prob. quoniam contrà.
21 † ¶Sed quoniam excommunicationis exceptio frequenter op
ponitur, adhuc formam exceptionis huius ſpecialiter ſuppona-
mus, quæ talis eſt:
a ¶FORMA. [a] Coram uobis domino tali, qui uos dn̄i papæ aſ-
ſeritis delegatū, ego talis excipiendo propono, ꝙ ad petitionē
T. in cauſa tali procedere non poteſtis, nec ipſum admittere ad
agēdum, pro eo ꝙ ipſe excōicatus eſt maiori excōicatione per
talē iudicē ordinarium, vel delegatum, vel talis canonis autori
tate. & exprimatur canon: ſicut & nomē excommunicatoris, ſe-
b cundum do. ex tali cauſa. hoc probat̄ extr. de except. pia [b]. & in
verſi. porrò Sed quod dixi, maiore excōmunicatione, videtur
ſuperfluum. nam cùm dico aliquē excommunicatum ab homi-
ne, de maiori excommunicatione intelligitur, extra. de ſen. exc.
c c. ſiquem. [c] & quia ab agēdo repellitur, ext. de iud. intelleximus.
Vnde melius dixiſſet prædicta ꝯſtitutio cauſam ipſius, quā ſpe
ciem ipſius nam & cauſa exprimi debet in ſententia, vt eo. tit. cū
medicinalis. per expreſſionem enim cauſæ apparebit, an pro illa
an pro alia cā ſit excommunicatus ut ext. de off. deleg. pruden-
tiam. §. ſexta, & an ab homine, uel a canone, & an maiori, uel mi
nori ſnīa ſit ligatus. ¶Item niſi cauſam exprimat reus, non pōt
actor certus eſſe, de qua excommunicatione intelligit reus. qđ
ſi eſſet, actor ſtatim forte de abſolutiōe doceret, nec reus octo
dies haberet ad probandum Quare ex his dixit Aegid. non debe
re admitti exceptionem excommunicationis ſine cauſæ expreſ-
d ſione. & hæc, ut dicit, fuit mens conditoris illius cōſtitutionis: [d]
& exponit ibi ſpeciem, id eſt cauſam. Tamen cōditor ipſe ibi ali
ter no. quicquid de eius mente diuinetur: & Ber. & do. meus, &
Goff. & præmiſſa expoſitio eſt extorta. Nec eſt uerū, quod dicit
per expreſſionē cauſæ apparere poſſe, an ſit maiori, uel minori
excommunicatione ligatus: quia poſſibile eſt ꝙ cauſa requirit
maiorē excommunicationem, ſed iudex ex cauſa inflixit mino-
22 rem, 5. q 2. præſenti. & extra. de iud. cum non ab homiue. † ¶Et
minor nō repellitur a iudicio, ſeu a participatione fidelium, ſed
maior duntaxat, ut ext. de ſen. excō. ſi quem. 3. q. 4. Engeltrudā.
Non tamen nego, quin iudex poſſit quandoque aliquem tantū
à communione fidelium, & non à ſacramentorum participatio
ne ſeparare, ſi uelit, ut 5 q. 4 in loco. in fi. 18. diſt. placuit & 34. di-
ſtin. quorundam. ad fi. Debet ergo exprimi ſpecies excommuni
cationis, ſcilicet utrum ſit maior, uel minor. Is enim, qui excipit,
non debet vagari cum diſcrimine alienæ excommunicationis,
ff. de iniur. prætor edixit. ff. de dolo, l. item exigit. Et eſt ſimile,
quod alias dicit lex, denegari oportet, cuius dolo factum ſit. ff.
de dolo, ſi ex dolo. § fi.
¶Si vero contra iudicem opponitur, ſic dicetur:
FORMA. Coram vobis domino tali, qui uos iudicem in tali
cauſa aſſeritis, propono ego talis, ꝙ coram uobis non teneor rñ
dere, vel procedere, uel aliquid probare, pro eo videlicet, quia
uos eſtis ex tali cauſa per talem iudicem maiori excōicatione li
gatus: ideoque non pōt in uobis iuriſdictio eſſe. Hoc probat̄ in
præd. c. pia, & in gl. ibi poſita, quæ incipit, ſed mirū, Sed quia hic
& in præcedenti forma de cā dr̄, bonum eſt, licet neceſſe nō ſit.
Quis autem de hoc cognoſcat, no. ſup. § 2. uer. ſed ſi hoc.
23 † ¶Notarius autem propoſitis exceptionibus ita ſcribet: & pri-
mo, ſi dilatoria ſit propoſita:
¶FORMA. Titius ad petitionem talis, coram tali iudice cita
tus, in ipſius iudicis præſentia excipiendo propoſuit, & proponē
do excepit, ac proteſtatus eſt, ꝙ cū nō ſit de ipſius iudicis foro,
uel ꝙ cum ipſe iudex ſit aduerſæ parti affinitate ꝯiunctus, ipſius
declinando iudicium non vult nec rationabiliter cogi dēt ſub
ipſo iudice rñdere: uel, excipiendo propoſuit &c. talē procura-
torē eſſe non poſſe, eo ꝙ eſt minor 25. annorū, & cū huius pro-
curatore nullū eſſe iudicium: & propterea cū eo iudicium decli
nādo, nō vult, nec de iure ſe teneri credit ſibi in iudicio rñdere.
24 † ¶Porrò ſi proponatur dilatoria ſolutionis, uel peremptoria,
ſic ſcribet:

¶FORMA. Titius, &c. vt ſ̃. uſque, proteſtatus eſt iunge, ꝙ
cum terminus quatuor menſium, qui de iure datur his, qui ſunt
ſententialiter condemnati, tranſactus non ſit, non debet adhuc
cogi ſoluere Seio illas centum libras, in quibus idem T. eidem
extitit condemnatus. Vel ſic: Titius. &c. proteſtatus eſt non eſſe
procedendum ꝯ̃ eum ſuper eo, ꝙ Seius petit ab eo centū: quia
idem Seius fecit ei pactum de non petendo in perpetuū: uel qa
idem T. fuit in ipſis centum libris per ſnīam, qua appellatum nō
extitit, abſolutus: & ſic in alijs exceptionibus. Qualiter aūt pro-
ponat̄ illa exceptio, ꝙ teſtis, uel accuſator fuit ſocius criminis,
uel alia quælibet ꝯ̃ teſtes. no. ſ̃. de teſte, §. ſæpe. verſi. hanc igitur.
25 & de accuſatore, verſic. item repellitur. † ¶Quidam aūt notitij
aduocati. propoſitis omnibus exceptionibus, appellationem in
terponunt dicentes: Si uero ipſas nō admiſeritis, ex hoc ſentiēs
me grauari, in his ſcriptis appello. Sed fatue agunt: tum quia iu-
dicem exaſperant, ut l. diſ. ſi quis præpoſtera. extra. de off. d ele.
ſuſpicionis. tū, quia talis appellatio nulla eſt, ut pote a nullogra-
uamine ꝯminato, uel illato interiecta, licet exceptiones ipſę legi
timæ ſint, ut extra de app. c. 2. & c. dilecto. & c. vt debitus. ¶Si aūt
non pōt haberi copia iudicis, & terminus ſpāliter datus ad oēs
proponendas, labatur, procede, prout no. ſ̃. de dila. §. non uidea
mus. ad fi. Propoſitis aūt exceptionibus cautus ſit iudex, ut iura-
re faciat proponentē, prout no. ĩ. de iura. cal. §. j. ver. ſ̃m eſt. De
inde ꝯſideret, an exceptiones ualidæ ſint, ut quia robur habent
a iure, & illas admittat: an uero inualidæ, ſeu friuolæ, ſcilicet quæ
nullo iure fulciuntur, & has non admittat: ext. de app. paſtoralis.
ꝙ ſi quædam ſint ualidæ, quædam friuolæ, iudex per interlocu-
toriam, repulſis friuolis, ualidas admittat, extra. de off. dele. c. j.
26 & c. fi. de præb. dilectus. & in præ. c. exhibita. † ¶Punit̄ enim iu-
dex, qui exceptiones legitimas non admittit, 25. q. 2. puniri. &
hoc quantumcunque ſibi præciſe ſcriptū fuerit, ut extra. de off.
deleg. ex parte. 2. de ætat. & qual. accepimus, & poteſt ab eo ap-
e pellari, non interloquendo, vel etiam eis omiſſis procedendo [e]
eas non admittat, ut extr. de appel. dilecto. & c. ex parte. & c. cū
ceſſante. & C. ſi ſæpius in integ. reſti. poſtul. l. j. in fine C. de app.
ſi quis prouocatione. ff. de minor. ait prætor § permittitur. ff. qn̄
app. ſit. l. j. §. ſi quis tutor. ff. de admi. tu. tutores, qui poſt. §. tutor
datus. quarum appellationum formas in tractatu libel. in titulo
f de app. §. j & 2. ſupponemus Cautus ergo ſit excipiens, [f] ꝙ prius
quam appellet, expectet reſponſionem. uel interlocutoriam ſu-
per propoſitis exceptionibus, ut in cauſa appellatiōis poſſit hoc
oſtendere: qa non ſufficit ad hoc ut ualeat appellatio, exceptio-
nes fuiſſe propoſitas, niſi negauerit eas admittere. ut in præd c.
dilecto. Vnde non ualet talis appellatio, appello, ſi non admittis
27 vt p̄dixi. † ¶Quid ſi iudex nec recipit, nec repellit exceptiones?
Rn̄deo, expectet, donec iudex ei aliquid pręcipiat: puta, ꝙ libel
lo reſpondeat, uel huiuſmodi. nam iudex tunc procedendo eas
g non admittit, ut dixi: [g] & ideo appellari poteſt, ut in præd capi.
ex parte. ext. de re iud. ſuborta. de offi. del. cum cauſa. ff. de his, q
28 no. infamia. Lucius. C. ſi ex fal inſtru. l. j. ¶ † Sed ſi ſit iudex ſecu.
laris, nunquid poteris ab eo appellare propter exceptiones non
admiſſas? Videtur, quod non. C. quor. appella. non reci. l. penul.
& extr. de appel. ſuper eo. 2. & 2. quæ. 6. non ita. & l. ante ſenten-
tiam. ſed poteris iudici dicere, vt ex officio ſuo interloquatur,
ut ff de no. ope. nun. ſi prætor. ff. de re iud. quod iuſſit. Argu. ta-
men contra, quòd etiam iure ciuili admittenda ſit appellatio, ſi
pronunciatus ſit idoneus, qui non eſt, ff. qui ſatiſda. cog. arbitro
h ff. de min. intra utile. in prin. [h] extr. de ætat & qual. ex ratione. &
29 alijs caſibus, qui no. in prę. c. non ita. & c. ſuper eo. † ¶Itē cautus
ſit iudex, vt propoſita exceptione, quæ ſi non admitteret̄, pars
appellaret, dicat ſic, vt iam præcludat appellationi: Ergo hanc
i exceptionem admitto, ſi probata fuerit. [i] vnde ea non probata,
non poterit pars appellare: vel ſi appellet, appellatio non admit
tetur.

## ADDITIONES.

a Forma. ¶ Aggreditur formam & uerba Aegi. reſpon. 32.
b De excep. pia. ¶ Lib. 6.
c Si quem. ¶ De hac decretali, & de hac materia uide, quod dixi in dec. pia, ſuper gl. hoc ideo.
d Conſtitutionis ¶ Dicens ſe hoc habuiſſe a fratre Iecobo epiſcopo Bono, qui fuit cancellarius Inno. IIII.
e Procedendo. ¶ Vt inf. uer. prox.
f Excipiens. ¶ Secundum Bonagui. vbi de libello recuſationis in fine: ibi ēt eſt ſequens uerſiculo, & monet, quod utroque caſu habeatur ſcriptura, per quam fiat oſtenſio, de qua ſequitur.
g Vt dixi. ¶ Supra uerſiculo, prox. & ſ̃. §. nunc uidendum. uerſi. & nota ſecundum. & infra de appella. §. qualiter. ver. item quòd faciat.
h In prin. ¶ Hucuſque fuit Vber. de Bobio, mihi charta 11. ubi de perſona coniuncta tractat, in fi. & Io. de Deo in exce. contra agentes pro alijs, verſ. item quæritur.
i Fuerit. ¶ Non uideo hic magnam cautelam, quia etiā ſi ſimpliciter admittat, admiſiſſe intelligitur ad probandū, ut ſequitur: & quod dicitur in dec. olim. eſt regulare. qn̄ enim appellatur ante ſententiam, ſic ſcribitur per iudicem appellationis: nec ſunt illa uerba iudicis a quo, ſed papę delegātis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tetur.hæc cautela elicit extr.de excep.olim.ver.diſt. veſtræ mā.
¶ Validis autem exceptionibus admiſſis, ſtatim præfigat termi-
num ꝯgruentem peremptorium ſuo arbitrio reo, intra quē pro
bet eas, & actor pro expenſis proteſtetur, ſi forte reus, qui in ex
ceptione ſit actor, deficeret in probando: verū in probando ex-
ceptionē excōicationis dant octo dies, die, in qua proponitur,
non ꝯputata.quod dic, ut ſ.§.ij.ver.porro exceptio. Itē in exce-
ptione ſpoliationis probanda ſtatuuntur 15.dies, die, in qua pro
ponit, non ꝯputata, ext.de reſt.ſpo.frequens §.ſed in ciuilib. lib.
6. & ultima die termini poterit exceptio proponi & probari.de
30 hoc ſ. de dilat.§.j.verſ.ſed nunquid & ſeq † ¶ Præfixo igit ter-
mino ad probandum, reus poſtulet ſtatim actorem per iurm ſu
per ipſis exceptionibus interrogari formatis ſuper hoc per ip-
ſum reū, uel per iudicem interrogationibus, ſm curiæ morem.
Et ſi reus ex actoris rñſionibus poterit ſuā in hoc fundare inten
a tionē, bene [a] quidē: alioquin ſuas probationes inducat. Adue-
niente igit termino, ſi iudex viderit exceptionem probatā, pro
nunciet in hac forma: ¶ FORMA interloquēdi ſuper exceptio
ne probata: Cum nos talis, de tali cā quæ inter P. & H. vertitur,
ſeu verti ſperat, auctoritate dñi papæ cognoſcere voluiſſemus,
dictus P. à nobis citatus ꝯ literas apoſtolicas excipiendo propo-
ſuit in hac forma: Coram, &c. uel propoſuit, H. impetratorē im
petrationis tpe fuiſſe excōicationis uinculo innodatū: & quia
termino eidem ad hoc probandum ſtatuto, idem P. ſuam exce-
ptionem ſufficienter probauit, ideo literas ipſas per H. ad nos à
ſede apoſtolica obtentas, habito peritorū conſilio interloquen
do pronunciamus non ualere, & nos per eas ad ipſius inſtātiam
non poſſe procedere in hac cā. Vel ꝓnunciabit, eas per falſi ſug
geſtionem obtentas ext.de reſcr dilectus.j.de procu.c.fi.de off.
deleg.ſignificantibus. Tamen vr, ꝙ poſtq̄ aliquis eſt abſolutus,
poteſt uti literis impetratis, dum erat excōicatus: quod dic, ut
no.extra de procur.c.fi.& de excep.pia.in gl.ſed uirum. & ideo
quidam omittunt, & bene, uerba illa, literas ipſas nō ualere. Sed
quomodo pronunciabit, ſi non habet iuriſdictionem ex reſcri
pto? de hoc no in præ.c.dilectus.& eo.tit.c.fi.
31 † ¶ Si uero non fuerit exceptio probata, ſic dicet:
FORMA. Cum nos, &c. ut ſ. uſque, exce.ſufficienter. iunge,
non probauit & idcirco interloquendo pronunciamus dictum
H.actorem excōicatum non eſſe, & ad proſecutionē cauſæ ſuæ
debere admitti, & nos ad executionem mandati apoſtolici pro-
cedere poſſe, exceptione huiuſmodi nō obſtante. Et ſi lis fuerit.
ꝯteſtata, & ordo iudiciarius ſeruatus in huiuſmodi exceptionis
cognitione, fiat de hoc mentio in ipſa pronunciatione.
32 † ¶ Quòd ſi reus probare noluerit, uel nequiuerit quod obiecit
ſic pronunciabit: FORMA. Cum nos talis, &c. ut ſ. in prox.for
ma, uſque, ad ſuā exceptionem. iunge, probare non potuit, uel
noluit, idcirco interloquendo pronunciamus ipſas literas, non
obſtāte exceptione ꝯ eas propoſita, ualere, ac nos per eas poſſe
in cā ipſa procedere iuxta tenorem ipſarū: & quia idem talis nō
probauit, quod obiecit, ipſum in expenſis aduerſario condēna-
mus, quas pars altera docuerit ſe feciſſe earum taxatione nobis
in poſterum reſeruata. De iure enim debet in expēſis ꝯdemnari
in probatione exceptionis deficiens, vt ext.de do.& con.finē.ex
tra de pœnis, calumniam. Poſtea uero lata ſnīa iudex taxabit ar-
bitrio ſuo expenſas, cōſideratis qualitate negotij, & tempore di
ſceptationis, & conditione legatorum & alijs circunſtantijs, di
cens ſic: Ego taxo expēſas factas occaſione propoſitæ exceptio
nis in decem libras. Dic ergo tu victor per tuum ſacramentum,
ꝙ tu expendiſti intra decē libras ad plus: & ille reſpondeat per
ſacramentum ſe expendiſſe octo libras, uel nouem, uel decem
libras minus uno denario, ſi tm̄ expēdit. Quo facto iudex dicat:
Et ego te proponentem, quia in probatione defeciſti, condem-
no, exequendo ſententiam & taxationem meam: & iuxta decla
rationem illius præcipio tibi, ꝙ ſoluas ei octo libras, uel nouem
libras, uel decem libras minus uno denario, nomine expēnſarū.
33 quod dic, ut j.de expenſis, §.poſtremo, in prin. † ¶ Quod autem
prius poſſit fieri cōdemnatio, & poſt taxatio probatur ff. de ſol.
Modeſtinus. ualet enim tūc talis incerta ſententia: ideoq; forte
iudex certificari non pōt, ut in præ. §.poſtremo, ver. item ſcias.
Ar.tñ ꝯ, ꝙ taxatio debeat præcedere ꝯdemnationē, ut in ꝯcor.
quæ ſunt in præd. § poſtremo, in prin.ubi de hoc, per quæ iura
non vr prædictam formam pronunciationis ſtare poſſe. Vnde
ad euitandum huiuſmodi ꝯrietatem, iudex, ſi uelit, in fine ſnīæ
non ꝯdemnet in expenſis, ſed dicat ſic: Expēſarum aūt ꝯdemna
tionem, & earū taxationem nobis in poſterū reſeruamus. & ſic
poſtea, qñ voluerit, poterit eas taxare, & in eis uictum ēt ꝯdem-
nare. Prius tñ dictum Romana curia ſeruat. Quod aūt poſſit re-
ſeruare, probat in præd.§.poſtremo, verſi. illud ēt. ſalua tñ Ro-
manæ curiæ obſeruatione, q̄ præmiſſa forma tā in interlocuto-
rijs, q̄ in diffinitiuis, paſſim utit: ꝯſonum iuri puto eſſe ſ. ſcriptā
formā ſeruari debere in interlocutorijs, in quibus ut plurimum
parui ſumptus cōiter adiudicant: in diffinitiuis uero ſeruari pōt
forma tradita in præ § poſtremo, in prin. Quidam autē prius q̄
interloquant, taxant, & iurare faciunt ſuper eis, & inſerunt in
fine pronunciationis poſt verbū, obiecit ipſum, &c. taxatione
& iuro præmiſſis, in centum ſolid. nomine expēſarum aduerſa-
rio ꝯdemnamus. Hoc tñ non placet. nam ſm hunc modū actor,
priuſquam interlocutoria, uel ſnīa feratur, certus eſt, ꝙ pro eo
34 pronunciabitur. cū † tñ iudex nulla interlocutione debeat pan-
dere, qd ſentiat, ut C de fal.ubi. Sed & ubi iudex iuxta præmiſſa
ſuper expenſis incertus eſt, pōt ſic dicere: Pronuncio te expēſas
poſſe petere, ut C.de fruct.& lit.expen l.terminato.& ar.ff de re
iud.Paulus j. & tunc & poſt plures dies poterit in eis condemna
re, ac eas taxare, ut in præ.l.Modeſtinus.& aget ad eas ꝯdictione
b ex illa l. Paulus. ut dicūt quidā & hoc obtinet ēt in diffinitiuis. [b]
35 ¶ Et nota, † ꝙ ubi præmiſſo mō ſnīa incerta profert, poteſt ſm
quoſdam, coram executore certificatio fieri, puta taxatio & iuſ-
iurandum ſuper eis præſtari: ſed cū iudex hæc ſibi retinuerit, ut
patet ſ.forma prox. ne executor habeat ad talia extendere ma-
num, melius eſt, ſi hoc coram iudice fiat.
36 ¶ † Generalr aūt ſup qualibet exceptione ſic poterit ꝓnūciari:
FORMA Cum in cā tali, quæ uertitur inter talem & talem
coram vobis tali, per talem fuerit coram nobis propoſita exce-
ptio: nos habito peritorum ꝯſilio dicimus, & interloquēdo pro
nunciamus, eam non eſſe admittendam, nec eā admittimus, &
ea non obſtante fore in negotio procedendum. Vel dicimus, &
interloquendo pronunciamus eam admittendam fore, & eam
dicimus admittendam, extr.de lib.ob.c.2.& 3. ¶ Porro in Italia
formatur interlocutoria iuxta conſilium a ſapientibus in ſcriptis
datum, & nihil aliud debet continere interlocutoria, quam con
ſilium, ut dixi inf.de requiſit.conſi.uer. porro huius. dato quod
hoc modo fiet:.
¶ FORMA. Cum in quæſtione, quæ inter tales uertitur corā
nobis iudice tali, ſuper hoc inter aduocatos partium dubitatio
foret exorta, tales ſapientes aſſumpti fuerunt ſuper ꝯſilio in hac
dubitatione dando: qui quidem tale decernunt conſiliū. pone
illud de uerbo ad uerbum, & in fine ſubiunge: Nos igit eiuſdem
conſilij formam ſequētes, inuocata Spiritus ſancti gratia, parti-
bus preſentibus, interloquendo pronunciamus ſic: repete uerba
c conſilij dati, & ſecundum ea pronuncia. [c] Ab his autem interlo-
cutorijs partes, ſi ſe grauari ſentiāt, poterūt appellare, ut ſ. dixi
in uer.

ADDITIONES.

a Bene. ¶ Imo male. hoc dico etiam tempore dec. pia. quæ non correxit in
aliquo dec. ipſo iure. de reſcr.lib.6.ut ibi plene no.in gl.nunquid ergo.
b Diffinitiuis. ¶ Hoc non placet, ut ſcripſi ſatis de ſeque.poſ.ca.j. in gl.pen.
ubi uide: & hoc per præ.l.Paulus.& per præd.decre.de ap.cum appellatio
ni.j.reſpon.in fi.lib.6.
c Pronuncia. ¶ Dat intelligere, ꝙ non ſufficeret iudicem dicere pronuncio
per omnia, vt in ꝯſilio cōtinetur. Alb.Pap. de hoc tractauit in Summa de
habendis conſilijs: de qua dixi j.de req.ꝯſ.& ad hanc partem allegat C.de
ſen.& inter.l.præſes.ff.de arbi.quid tñ.de re iud.l.j.& l.in ſumma. per quē
patet, ſententiam non tenere, quæ non continet abſolutionem, uel condē-
nationem, uel æquipollens.facit etiam.ff. iud.ſol.l.iudicatum.2. In ꝯriū,
quia abſolutio, uel ꝯdemnatio dicta in cōſilio, per illa uerba a iudice repe
tita vr.facit ff.de uerb.ob Titia.de cond.inſt.cū ſeruus. de ſerui.urb.præd.
ſi binarum.& de leg.j.l.talis ſcriptura.& amplectenda eſt hæc repetitionis
interpretatio, quia facit rem valere, ff.de reb.dub.quoties.& de leg.3.in re
petendis.extra de uerb.ſig.abbate. Item per illa uerba ſaltem iudex dr cō
ſilium approbaſſe, & confirmaſſe, Inſt.mād.§.tua.ar.ff.man.l.ij.in fi.de ad-
mi.tu.quidam decedens.§ Papinianus.& l.Titium & Mæuium.j.reſpon.
in fi. Confirmans autem cēſetur repetiuiſſe ꝯfirmata, ff.de adop.l.adoptio.
de verb.ſignifi.l.obuenire.in auth.de defen.ciui.§.interim propter uerba
ꝯſilii ergo ꝯdemnatoria, uel abſolutoria iuris fictione abſoluiſſe, uel ꝯdē-
naſſe vr.facit, quod no.C.de app.l.eos.in gl.no.forma. in prin.quid plura?
Satis eſt, ꝙ aliqua parte actorū ſnīa ſit certa, C.de ſen. quæ ſine certa quan.
l.3.Conſilium aūt eſt de actis, extr.de proba.qm̄.C.ut lite.pen.l.ij. de app.
a proconſulibus ergo, &c. Subdebat, ꝙ magis tuta & certa uia erat, ꝙ ipſe
iudex poſt lectum ꝯſilium abſoluat, uel condemnet. idem Ia. de Are. Ego
puto inter diffinitiuas, & interlocutorias diſtinguen. cum enim interlocu-
toriam non ſit neceſſe ferri de ſcripto, ſed ſcribitur iam prolata, ut no. de
re iud.c.ult.lib.6.in prima gl. ſi notarius ſcribat ꝙ iudex ſm formam ꝯſilij
pronunciauit, puto ſatis eſſe: & ſic ſeruat. & ſic procedunt allegata ſecūdo.
Sed quia diffinitiua eſt ferenda & pronunciāda de ſcripto per ipſum iudi
cem, ut in præd.dec.uel cum concor.ſi dicat, vt ſ.ſ. pronuncio per omnia,
ut in conſilio continetur, conſilium dicebat pronunciandum &c. uel reum
condemnandum, uel abſoluendum. ergo ſententia iudicis erit ſic pronun-
ciandum, condemnandum, uel abſoluēdum: & ſic de futuro: & ſic uitiatur
per prima iura. Bonum tñ eſt conſilium Gul. ꝙ etiā in interlocutorijs fiat
repetitio. Fatendum tamen eſt, ꝙ cōiter magis ſimul ꝯueniunt uerba con
ſiliariorum, & iudicum in interlocutoriis, q̄ diffinitiuis. Dicit ꝯſulens, li-
bellū apte, uel inepte formatū, exceptionem admittendā, uel non proba-
tam, uel teſtē admittēdum, uel repellēdum: & ijſdem uerbis utitur iudex.
¶ Adde, ꝙ ſnia iudicis pronunciantis in omnibus, & per omnia, & ut in
tali conſilio continetur non ualeat, tenet Ang.conſi.249.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

37 in ver. propoſitis. † ¶ Sed ſi iudex uidet ſe male interlocutũ fuiſ
ſe, uel male proceſſiſſe, nunquid poterit ſuam interlocutoriam,
vel, quod fecit, reuocare? Dic, quod ſic, non obſtante appellatio
ne ab huiuſmodi interlocutoria, uel proceſſu, emiſſa: & facta re
uocatione poterit in cauſa procedere, etiam nolente parte ap-
pellante, ext. de app. cum ceſſante. ff. de re iud. quod iuſſit. ext. de
accu. qualiter. 1. de app. ſignificauerũt. xxii. qu. 7. magnæ. quod in
a telligε, ut not. ĵ. ver. ſed nunquid Fiet autem [a] reuocatio interlo
cutoriæ vtraq; parte præſente: quamuis quidã malitioſi iudices
prius quàm reuocent, ſinant appellantem cum ſua appellatiõe
à ſua p̃ſentia diſcedere, & poſtea præſente notario, uel teſtibus,
reuocant quod fecerunt, & ſic appellantem decipiũt, quia cum
appellans de iniquitate interlocutoriæ coram ſuperiore docue
rit, pars appellata incontinenti docet de reuocatione grauami-
nis: & ſic inuenitur appellans minus legitime proceſſiſſe, & con
demnatus in expenſis remittitur ad priorem iudicem, ext. de ap
pel. ut debitus. in fi. Sed certe, ſi conſtare poſſet de iudicis mali-
tia, & quod appellant ignorante id factum eſſet, non puniretur
appellans: ar. ext. de app. ex inſinuatione. & c. ſeq. & de reſcrip. ex
b parte. 2. Talia enim non poſſunt fieri parte abſente, [b] ext. de cã
poſ. & propri. c. 1. 2. q. 6. biduum. ver. palam eſt, C. quom. & quã
iud. ab eo. & ĵ. de app §. qualiter uer. & nota, quod ſi. imo iudex
qui huiuſmodi fraudem facit, puniri debet, ext. de re iud. cum ę
terni. Si enim ipſe debet partes a dolo & fraude cohibere. ut ext.
de reſcr. ex tenore. de pœ. calumniam. multo fortius & etiam ſe
vt extr. de natis ex libero ven. ca. vnico, xix. diſt. nulli. de elect. du
dũ. 2. prope prin. ver. vnde. alioquin in quo alios iudicat, ſeipsũ
38 cõdemnat, ut xxxii. q. 6. nihil iniquius. xxxv. diſ. c. fi. in fi. † ¶ De
bet ergo reuocatio grauaminis ad appellantis notitiam pueni-
re, ſicut & reuocatio p̱curatoris ad aduerſarium, uel iudicẽ, ut
ext. de proc. mandato. in præ. dec. ex parte. & reuocatio diſpen-
c ſatoris in notitiam creditoris, ff. de ſolut. diſpenſatori. [c]
39 † ¶ Vt autem in reuocandis per iudices grauaminibus inſtruaris
nota, quod iudex quandoque reuocat grauato, ſeu appellante p̃
ſente, quãdoque abſente: ſi præſente, aut iudex certus eſt, quod
grauauit, aut credit ſe nõ grauaſſe: aut credit, neſcit tñ ſe grauaſ
ſe, aut dubitat. Si ergo pręſens ſit appellans. & iudex certus eſt ſe
grauaſſe, reuocatio fiet.

FORMA reuocandi interlocutoriam: Quoniam in tali exce
ptione contra talem pronunciaueram, interloquendo ipſam ex
ceptionem non eſſe admittendam: uel quoniam contra talem
ita proceſſeram: habito poſtmodum conſilio peritorum inueni
me ipſum grauaſſe in hoc, uel me indebite, proceſſiſſe & idcirco
uſus conſilio ſaniori, interlocutoriã ipſam, uel proceſſum exp̃ſ
ſe reuoco: & tibi præcipio, quod ſine licentia a iudicio nõ diſce-
das: imo in cauſa ſ'm formam iuris procedas, ut in præ. cõcord.
¶ Quidam tamen erubeſcentes ſuam interlocutoriam reuoca-
re, ſic dicunt:

FORMA Ego talis, ſi te talem in aliquo grauaui, illud reuo
co. Sed certe non debent erubeſcere, ut in præ c. qualiter.
40 † Nam & papa ſuam ſententiam iniuſte latam corrigit, xxxv. q.
ix. ueniam. & c. ſententiam ext. de in integ reſtit. tum ex literis.
& eccleſia, vt ext, de frigid. fraternitatis. & Imperator dicit, Nõ
pudet nos noſtras leges corrigere, in auth. Col. 4. de nupt circa
prin. per unam col. Vnde dicit Seneca: Non eſt turpe in melius,
mutare conſilium, & Auguſtinus, Magnæ ſapientiæ eſt, mutare
hominem, quod male locutus eſt. vt in præ. c. magnæ. Et idcirco
d alii, ut dominus meus, [d] talem reuocationem, tanquam dubiam
& conditionalem, non admittunt: & bene. cum enim iudex gra
e uauerit re & verbo, ipſe ſolum reuocat uerbo, nõ re. [e] Ber. tamẽ
dicit eam admittendam: quia licet prædicto modo fiat, ſufficit
tñ, ex quo dicit Reuoco: ar. pro eo extra. de elect. illa. ibi, ſi quis
in ea. & c. Papa no. quod quandoque tacite reuocatur grauamẽ,
puta ſi appello a iudice, ne procedat contra me, quia ſum exem
ptus ab eius iuriſdictione. & ille mihi aſſignat terminum ad hoc
probandum, tacite uidetur reuocare grauamẽ mihi illatum: ſup'
ple, in p̃cipiendo me procedere in principali. nam ipſe poteſt co
gnoſcere utrũ ſua ſit iuriſdõ, ut ff. de iu. ſi qs. ext. de reſc. dilectus
filius Ioannes. ¶ Cæterum ſi iudex credit ſe bene proceſſiſſe, nõ
debet dicere Reuoco: ſed dicet ſic:

FORM. Frater ſi te grauaui in aliquo, paratus ſum renocare
interlocutoriam de conſilio ſapientum: & præfigo tibi talẽ ter
minum ad comparendum, intra quem poſſis plene deliberare.
Hæc forma expreſſe probatur, & no. extr. de re iud. ad poſtolicæ
f ver. eratque parata, [f] & ſi in præfixo termino non uenerit, confi-
dens de appellatione, iudex procedat in negotio ſibi commiſſo
quantum de iure fuerit procedendum. Sic enim non intelligitur
grauaſſe, ex quo nõ ſtat per eum quo minus reuocet, ſed per ap
pellantem, ut in præ c. ad apoſtolicæ. Quidam tamen dixerũt ꝙ
ubi credit iuſte proceſſiſſe, debet petere, & habere copiã appel-
lationis, & ut tollat appellationem, debet reſpondere, ut ĵ. in for
ma: Ego non te, &c. & ſic debet eum tenere ſub termino, & pro-
teſtari ſe velle apoſtolos dare. Vnde ſi poſtea impetrauerit, non
ualebit ſua appellatio, cum nõ poſſit de grauamine docere. ſed
prius dictum præualet. ¶ Si uero credit ſe grauaſſe, neſcit tamẽ
pro certo, dicat ſic:

¶ FORMA Ego proteſtor, ꝙ ſi te grauaui in aliquo, paratus
ſum reuocare. Sed certe hoc non ſufficit, niſi reuocet: & quãdiu
non reuocat grauamen, appellatio in ſuis viribus ſtat, arg. ext. de
eo, qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. c. 1.
41 ¶ † Si uero dubitat, an grauauerit, uel non: tunc, quia non ſemp̱
de facili videre poteſt grauamen in opinate forte illatum, in du
bio reuocet in hac forma:

¶ FORMA Ego non te credo in aliquo grauaſſe. ſed ſi gra
uaui, paratus ſum illud reuocare: & quantum in me eſt, illud ex
nunc reuoco ſed quia te nõ credo grauaſſe, præfigo tibi talẽ diẽ
peremptorie, ut tunc compareas coram me oſtenſurus in quo
te grauauerim. Et præcipiat notario de hoc facere publicum in-
g ſtrumẽtum, ar. in his, quæ no. ſ̃. uer. item cautus. [g] vide ergo quo
modo ſub conditione reuocat in dubio. hæc autem forma obti
net, ubi probabiliter dubitatur, vtrum id, p̱p̱ quod appellat, ue
rum ſit, uel uerum ẽe negatur. Si enim certũ & indubitatum. ſit,
ſuperuacuo præfigitur terminus ad oſtendendum grauamen ꝙ
tunc ſatis oſtẽditur per narrationem in appellationis forma cõ
tẽtam, adeo quod iudex per appellationem uel admittere, uel
refutare poteſt. Vnde terminus talis appellantem non arctat q̱
remedio interpoſitæ appellationis a iudicis iuriſdictione, repu-
tat ſe exemptum. ¶ Sed & ſi veriſimiliter ambigitur, utrũ cauſa
grauaminis in appellatione expreſſa, legitima ſit, uel non, huiſ-
modi termini præfixio locum non habet, cum iudex a quo ap-
pellatur, non debeat eſſe iuris ignarus. Poteſt tamen tunc reſpõ
dere, quod vult deliberare, & ſtatuere terminum appellanti ad
audiendam ſuam ſuper hoc reſpõſionem, ut ſ̃. in forma illa, Fra
ter, ſi te, &c. & appellans in termino veniẽs, & de iure coram iu
dice diſputans, non intelligitur propter hoc appellationi renun
ciare.
42 ¶ † Quod ſi [h] appellans abſens ſit, iudex per hoc poterit facere
h ſuas literas in hac forma:

FORMA. Talis iudex tali ſalutem in domino Ieſu Chriſto,
cum tu in cauſa, quæ uertitur inter te, & B. ſuper hoc coram no-
bis ex hoc appellans, a noſtra diſceſſeris pręſentia, tibi tenore p̃-
ſentium innoteſcat, quod non credimus in aliquo te grauaſſe:
ueruntamen ſi in aliquo te grauauimus, quod nos latet, illud ſi
apparere poterit, ex nunc, ut ex tunc, reuocamus omnino. Quo
circa diſcretioni tuæ mandamus, quatenus die tali per te, aut p̱
procuratorem idoneum, compareas coram nobis de dicto gra
uamine oſtenſurus: alioquin in cauſa, ipſa prout de iure fuerit p̱
ceſſurus: quem terminum tibi peremptorium aſſignamus. quod
niſi feceris: in cauſa ipſa ratiõe pręuia procedemus, tua abſentia
non obſtãte. Et tam de reuocatione, quam de literarum præſen
tatione fiat publicum inſtrumentũ, per quod fides poſſit de his,
fieri illo infi ciãte: & ut iudex facta ſibi fide de pręſentatione: p̱
43 illud poſt terminum ipſum in cauſa procedat. † ¶ Illud tñ ſcias:
quod ſi is: qui appellauit: compareat coram iudice a quo appella
uit: poſtulans terminum ſibi dari ad procedẽdum in principali:
uel dicens, quod paratus eſt ius ſuum proſequi coram illo, uide
tur appellationi renunciaſſe: ar. extr. de re iud. quod ad conſulta
tionem ff. de pact. tale pactum. §. j. C. de re iu. ad ſolutionem ext.
i de appe. ſolicitudinem. in fi. [i] ff. de mino. Aemilius. ff. de leg. con
miſ. l. antepen. §. fi. & l. penult. Nam altero contrariorum electo
alteri renunciatum eſſe videtur, xxxii. q. 1. cum renũciatur. C. de
44 furtis: l. j. C. ſi ſeruus ext e. ſe emi. man. l. j. † ¶ Sed nunquid iudex
interlocutoriam pro me contra te latã, a qua non appellaſti po
teſt poſt decem dies reuocare? Non videtur: quia iam trãſiuit in
rem iudicatam, extra de elect. cum dilecti. in fi. Dic contra: quia
licet

## ADDITIONES.

a Autem. ¶ Secundum Aegid. rub. xxii. Vber. ponit fraudem, quæ ſequitur Adde, ꝙ regulariter verum eſt, vt fiat reuocatio interlocutoriæ, citatis partibus: Hoſt. in Sum. ext. de re iud. §. quot ſunt eius ſpecies.

b Abſente. ¶ Vel non requiſita. & vide, quę ſcripſi de ap. ſi à iudice: lib. 6. ſup uerſicu. termino. quod tollit hanc fraudem. De interpretatione uero, an fieri poſſit parte abſente. plene ſcripſi de uerb. ſig. olim. in l. magna. Adde, ut plene per domi. Anton. de ſancto Geor. in c. cum ceſſante. 18. col. ext. de appel.

c Diſpenſatori. ¶ Simile in cl. de ele. cauſam. in fi. cum concor. ulti. gl.

d Dominus meus. ¶ Honeſtiorem formam, quam habeat ipſe Hoſt. ſcripſi in dec. cum ceſſante, ſuper 1. gl. ad finem.

e Non re. ¶ Ratio Vberti de Bobio, ubi tractat de coniuncta perſona, in fi.

f Parata. ¶ lib. 6.

g Cautus. ¶ Quicquid ſ̃. vel ĵ. dicatur, tene, quod habes de app. ſi à iudice. lib. 6.

h Quod ſi. ¶ Verba Aegid. rub. lxxi.

i In fi. ¶ Miror, ꝙ fuit omiſſa dec. gratum. de off. del. ubi eſt caſus, & de teſti. cum ueniſſet.



UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

licet trãſiuerit in rem iudicatam quo ad te, vt nõ poſſis poſt de
cendium appellare, non tamen quo ad iudicem, quia poſſit eã
reuocare.ff.de re iud.quod iuſſit.extr.de præſum.afferte & in p̃.
c.cum ceſſante.Nã & tu poſſes poſt decem dies appellationi re-
nunciare.ij.q.vj.ſi quis libellos.extra.de app perſonas. Si autem
appellaſti,dicunt quidam, ꝙ etiam adhuc illam poterit reuoca
re,vt s̃.ver.ſed ſi iudex quod verum eſſe intellige re integra exi-
ſtente:putà quia appellãs non fecit ſumptus in proſequendo ap
pellationem.ff.de cond.cauſa da. cauſa non ſec.ſi pecuniam. in
prin.Sed & ſi vellet iudex ſumptus reficere,dicit B.quòd adhuc
poteſt reuocare:quia iam non intereſt ipſius,extra de app.inter-
poſita.§ ij.Dominus meus dicit,quod ſemper poteſt reuocare,
a donec deſierit eſſe iudex Deſinit autem eſſe, dando apoſtolos[a],
b ſeu dare, vel rñdere recuſando,extra de appe.cordi[b].vel ſi ſupe
rior appellatiõe recepta ſibi inhibeat,ne vlterius ſe intromittat.
c e.ti.Romana.§.ſi vero[c]. Vnde ſi interim fecerit ſumptus, ſibi im
putet:imo etiam dicunt quidam, ꝙ licet appellans dicat ſe iuiſſe
ad curiam ad proſequendum appellationem, vel etiam iam ſe
habere literas,quæ tamen nondum ſunt præſentatæ iudex pote
rit nihilominus reuocare ante quam appellationis,cauſa ſit cõ-
miſſa,vt in præd c.interpoſita.§.ille.& e.tit.vt debitus.Nã ſicut
appellanti licet redire ad iudicem, à quo appellauit, priuſquam
cauſa alteri ſit cõmiſſa,vt in præ.§.ille ſic debet & iudici licere.
d Inn.iiii.dicit[d],quod iudex ante decẽdium, vel etiam poſt,vbi
eſt appellatum,poteſt interlocutoriam ſuam reuocare:quia ap
pellatio ſuſpendit pronunciationem,ff.ad Turpil l.j.§.fi.Si vero
non eſt appellatum,non poteſt reuocare poſt decendium ſine e-
ius licentia,pro quo lata eſt.
45 †¶Sed pone, quod appellatum eſt ab interlocutoria, & datus
eſt iudex in cã appellationis, qui citauit partes & ad alia ꝓceſſit
nunquid primus iudex adhuc poterit reuocare grauamen? Reſ-
pondeo:obtinuit,quòd non: quia iam non eſt res integra, vt in
præ § ſi vero.& extrà de app interpoſita.§.ille. de officio deleg.
paſtoralis §.præterea.ff de iudi.cum prætor.reſpon.j.quãuis iu
46 dex appellanti nondum aliquam fecerit inhibitionem. †¶Sed
quis debet proponere exceptiones peremptorias rei cohęren-
tes vel etiam dilatorias? Reſpon.ipſe conuentus,& eius hæredes
& fideiuſſores,& mandatores.ff.de excep.exceptiones.§.rei au-
tem & l.omnes & l quæ perſonæ.C.eodẽ defenſores. ff. de iure
fiſci,in fraudem § ſi principalis C.de fideiuſſor.l.j.& l.ſententiã.
ff eo.vbicunque.ff.de reg iur. hæredem Hoc tamen fallit in pa-
47 cto de non petendo. †quod perſonale eſt:nec eius exceptio cõ-
petit hæredi,nec fideiuſſori,ff.de pactis,idem in duobus.§. per-
ſonale.Item poſſunt exceptiones opponi contra paciſcentes,&
contra eos qui in iudicio fuerunt,& eorum hæredes,& empto-
res,& legatarios vtentes ſuorum auctorum iure,ff.de doli exce.
apud Celſum.§ de auctoris.& § cum legitima,& ar.ff de àcquir.
48 poſſ.Pomponius.§.cum quis adminiculo.†¶In ſumma notan-
dum eſt,quod nemo prohibetur vti pluribus exceptionibus ẽt
diuerſis,ff de excep nemo.de inoffi teſt.l.Papinianus.§.ſed nec
impuberis. Arg.contra,extra de renunc. ſuper hoc.extrà de re-
gul.& tranſe.ad relig.ſicut. & extra de appellat. ſolicitudinem.
e prope. fi.[e] ¶Item nota, quod ferè omnes exceptiones perem-
49 ptoriæ ſunt perpetuæ,licet deſcendant à tẽporalibus actionib.
quas excludunt:quia quæ temporalia ſunt ad agendũ,perpetua
ſunt ad excipiendũ, vt C.de exce.licet.in prin.ff.eodẽ l.3.in prin
ci.& ff.de except.dol l.purè §.fi.s̃ § j.in princ.Ferè.dixi propter
exceptionẽ doli,quæ aliquando perpetuo obiicitur.vt C.eodẽ,
ſi pactum aliquando etiam non perpetuo, vt quãdo à maleficio
trahit originem,vt ff.de pecu.quæſitum.§.fin Item dicũtur per
petuæ,quia ſemper opponi poſſunt,quandocunque agitur,etiã
f ſi actor ſtet per mille annos,quod non agat[f]:quia non eſt in po-
teſtate rei quando actor eum conueniat. Sed ſi nũquam agatur
nunquam excipietur: vt in præ l purè.§.fi.C.eodem.l.ſi pactum,
C.de dilat.ſi quando in fi.quod eſt. 3.q.4 § ſpacium C.de in int.
50 reſtitu.petendæ.†¶Item nota,ſecundum Vber de Bobio[g]& Io.
g de Deo,quod aduocatus,qui timet de principali,debet differre
cauſam,ſi habet diuitem cliẽtulum,hoc modo:proponat enim
aliquam exceptionem,& ſuper ea faciat pronuntiari, & poſtea
appellet,C.de app.addictos.& admittetur appellatio,cauſa legi
tima in ea aſſignata,extr.de app.vt debitus.& hanc appellationẽ
proſequatur,& ſuper ea ſtatim iudicem impetret,vel nũciũ mit
tat:& poſt modum non petit iudex reuocare interlocutoriã, cũ
h res non ſit integra,vt s̃.ver.ſed nunquid.& ſeq.Item ſ'm Vber.[h]
adhuc amplius poterit prorogari cauſa:quia ſi in cauſa præfatę,
appellationis aliqua quæſtio incidat,& iudex appellationis gra
uet iterum ab eo appelletur:ſicut ſæpe in curia fieri videmus p
malitioſos procuratores.Item,ſecundum eum, adhuc longe ſic
plus poterit prorogari.Is enim,qui appellat à ſententia,dicat eã
nullam corã iudice appellationis:quod fieri poteſt,vt j̃.de ſen-
ten.§.iuxta.ver.ſed quid ſi à ſententia & ſeq. & ſi iudex pronun
ciauerit iuſtam,vel aliquam,vel iniuſtam, ſtatim iterũ appellet
& iterum coram iudice appellationis dicat eam nullã:& ſic po-
terit centies facere Nec enim dicitur tertio prouocaſſe, cũ nul-
lam appellationem fuerit proſecutus,& ſemper poſſit dicere sẽ
tentiam nullã,vt ff.quæ ſent ſine appella.reſcind l.j.& j̃.de ſen-
i tentia.§.fin.in prin & verſic.& nota,quod ſecundum[i].Item do-
k cet idem Io.[k] quod litigator ſemper inſidietur iudici,& inuen.o
occaſione appellet:nec timeat expenſas,ſi diues eſt:quia

*Grata ſuperueniet,quæ non ſperabitur hora.*

Sed certe pudet me talem recitare doctrinam, quæ non illumi-
nat cæcum,nec ſanat ægrotum,vt xlv.di.recedite.In hoc enim do
ctores fiunt non erudiendorum,ſed perdendorum auditorum,
dum quod male didicerunt,inſinuant,de cõſ.diſt 2.prodilectio
51 ne.†Doctrina etenim mala teſtis eſt malitiæ doctoris,vt j.q vij.
conuenientibus.Sed & cum omnis ætas prona ſit ad malum.ut
xij.q.j.omnis ætas.& procliuis ſit curſus ad voluptatẽ,& natura
imitatrix uitiorum,ut xx.quę.3.c.ij.profecto auditores libẽtius
52 hanc doctrinam,quàm Euangelium amplectũtur, † non atten-
dentes,ꝙ culpa ſimul eſt tam prohibita diſcere, quam docere,
l vt C.de malefi.& mathema.l.culpa. de quibus Paulus[l]: Sanam
doctrinam non ferunt,& ad ſua deſideria coaceruant ſibi magi
ſtros prurientes auribus:& à veritate auditum auertunt,ad fabu
m las autem conuertũtur[m], onerati peccatis ducuntur variis deſi-
deriis,ſemper diſcentes,nunquam ad ſcientiæ veritatem perue-
nientes.hæc leguntur xxvj.q.v.nec mirum.in fine.1. col. Nã cũ
aduocati proni ſint ad malitiandum,vtique non ſunt in hoc vẽ
to doctrinæ inſtruẽdi,xij.diſt.de his.in prin. Scriptum eſt enim,
Nolite errare fratres mei:doctrinis variis nolite abduci,xi diſti.
nolite. quia non,quod obſit,ſed quod proſit,docẽdum eſt,arg.
53 xxxviij.diſt quamuis,in fi. †¶Quinimo quoties docent, quod
auditoribus non conuenit, toties malus ſermo de ipſorum ore
procedit ad deſtructionem auditorum,xxii.quæſtione. ultima,
quoties.& dum doctrinæ delectantur gloria, fiunt auditoribus
auctores ruinæ vt xlix diſt.§.1.nam incauta locutio protrahit in
errorem,ut xliii.diſt.ſit rector.in princi. Hanc igitur doctrinam,
tanquam reprobam & inſanam,taliter impugnamus,ut extr.de
54 ſumma trini. c.ij ad fi.†¶Nam fruſtratorie appellans in expen
ſis legitimis condemnatur,ut extra de appellat ut debitus.Item
aduocatus malitioſè litem protrahens,in duabus libris aurimul
ctabitur.C de iudic properandum. §. illo.& l. rem non nouam.
§ patroni.& de poſtu.quiſquis.§.præterea.& 3.q.vii.§.tria.verſ.ſi
quis adeo.tenetur etiam,quo ad Deum,ad reſtitutionem damni
per ſuam iniquam protractionẽ dati:de quo dic,vt s̃ de aduoc.
55 §.fin.prope.fi.verſ.item ſit cautus,ne litem.& ſeq.†¶Sed(proh
dolor)hodie adeo productus eſt furor,ut nullius habeatur mo-
menti,qui iniqua agere metuit:quinimo lætantur mali,& in peſ-
ſimis rebus exultant:ut xxiii.q.iiij.ipſa pietas.extr.de exceſ.prę.
quàm ſit graue.& gloriantur in cauſarum protractione: & cum
iniqua egerunt,benedicũtur,ut lxxxii.di.c.j. Ruſtici enim garru
litatem auctoritatem putant,xlvj.diſtin.§.j.Peccant ergo in ſuo
officio clientulos taliter decipiendo,vt & falſi tutores pupillos
j.q.j §.penu.& fi.ideoque male moriuntur in peccatis,vt j.q.vij.
conuenientibus.in fine.j.col.& ad illud perferũtur tribunal, vbi
nullum habebunt de allegationum nitore ſubſidium,& vbi ipſo
rum actorum eo vtẽtur teſte,quo iudice,vt ix.q.iij.aliorum.v-
bi etiam

ADDITIONES.

a Apoſtolos. ¶ Sup,dilatorios,de app.cum appellationibus,lib.6.Adde,vt plene per d.Ant.de ſancto Geor.in c.cum ceſſante.& de omnibus his,quæ ſequuntur, vſque ad ver.in ſumma.

b Cordi.¶& c.vt ſuper.& c.ab eo.lib.6.

c Si vero. ¶ lib.6.

d Dicit. ¶ in c.cũ ceſſante.ibi remiſi ad id,quod ipſe no.in dec.ff.quod met. cauſ.& ibi ſcripſi,quod not.in dec.ſacro.de ſen.exc. & vide ibi materiam plenius,quam hic,ſuper gl.

e Prope fi.¶ Solue,vt no.in reg.nullus pluribus.de reg.iur.lib.6.

f Agat.¶ Idem dixerat s̃.§.j.poſt prin.

g Bobio. ¶ Char.mihi xj.vbi tractat de coniuncta perſona,in fi.& Io.lib.3. rub.de exceptionibus contra agentes pro aliis,ver ſi volueris.& in fi.

h Scd'm Vber. ¶ Non inueni Vbe.in vol.deſcripſiſſe hãc fraudẽ,vel forſan alibi ſcripſit:vel alter ſcribẽs hæc illi attribuit;dicit Hiero.ad Furiã B.ꝙ aliqui,quod ab eis egreditur,ab aliis audiuiſſe ſe ſimulant.Vide Diogenẽ, qui in libro De vita & moribus philoſophorum eſt quinquageſimus, ante mediũ:vbi dicẽti ſibi,ꝙ eius amicus de ipſo certa mala protulerat: Rñdit, an ille hoc dixerit mihi dubiũ:te autem hæc dixiſſe,mihi certum eſt.Negari non põt quin Vber.qñq; peſſima loqueret.nã vbi tractatur materia curatorũ,mihi charta x.reprehendit aduocatũ,q veniente tutore vel curatore ad cãm ꝓmittit litẽ ꝯteſtari intra x.an.e ꝯuerſo ſæpe ſe ꝯſcientioſum oſtendit,& ſuadet peccata vitari. Vt à fine incipiã,patet in vltima char.ibi pſſito ſacro.in prin & ver.de tuis.& ver.adhibet.&char.pe.§.cũ aũt.in prin.& ãte §.ſed ſi ſub arbitro.ſua dẽt memorari nouiſſima,& ſpiritũ carni pferri, & ibi pri⁹ p vnã col. i ver.13 quãdã.& locis aliis ſuaſiões facit ſalutiferas.

i Quod ſecundum. ¶ His per Clementinas aliqualiter eſt prouiſum in decret.1.de ſequeſt.poſſeſ.in fi.& in decr.1.de ſent.& re iudic.

k Idem Io.Vbi s̃.prox.

l Paulus. ¶ ij.ad Timoth.4.c.

m Conuertuntur. ¶ Ab hinc eſt eadem epiſtola cap.3.ante medium.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bi etiam pro meritis mercedem accipient condecentē, vt C. de
iud. rē non nouam in fine. j. col. & extrà. de pœn. & remiſ. cum
ex eo extrà de ſum. trin. c. j. §. hæc ſancta. x. quæſt. j. placuit. in fi.
xx. q. iij. præſens. in fi. & iunge, quod no. ſ. de aduo. §. fi. ver. item
caucat, ne falſam.
56 †¶ Poſtremò no. quòd plures ſunt exceptiones, quàm actiões:
quia non eſt reperiri actionem, vel interdictum, quod aliquam
vel aliquas non recipiat exceptiones, vt 3. diſti. regula. Item ſub
tali conſideratione omnis actio eſt exceptio, ſecūdum Vber. de
a Bob. [a] nam actore poſſidente actio poteſt obiici in modū exce-
ptionis, vt ff. de ſuperfi. l. 1. §. qđ ait. ff. de inoffi teſt. Papinianus.
§. ſi filius. ff. ex quibus cau maior. necnon. §. exemplo.
57 †¶ Item no. ꝙ ſi omnia remedia tibi deſint, ita vt neceſſariò ha-
beas litem conteſtari: finge ſecundum prædictos aliquid de no-
uo emerſiſſe, ex quo dentur tibi dilatoriæ: qui, ſecundum ipſum
Vber. de Bob. opponi poſſunt etiam poſt litem conteſtatā, ſi de
nouo emergant, extr. de exce. paſtoralis vel fac. nouam cauſam
emergere, puta facias te vaſallum iudicis, vel affinē: extr. de offi.
deleg. inſinuante. & c. cauſam. Nos tamen hanc doctrinam, vt in
ſanam & animabus pernicioſam, merito deteſtamur, ut prædixi
mus, & ita malitiæ obuiari docemus, vt ſ. §. ij. iuxta prin. verſi. cæ
terum. Item cum actio, uel cauſa mutatur, poteſt reus redire ad
dilatorias propoſitas, vt j. de lib. conce. §. nunc oſtendamus, uer.
b ſed & ſi. Nec prætermittendum eſt [b], quod probato crimine in
modum exceptionis propoſito, non eſt quis condemnādus. ff.
de his, qui no. inf. Lucius extrà de exce. c. j. & de ord. cog. cum di
lectus. ubi de hoc, niſi in caſu, vt ff. de adu. l. j. § ſi publico. De di-
uerſis exceptionibus reo cōpetentibus, vide ſ. in titulo de Reo.

ADDITIONES.

a Vber. de Bob. ¶ Reſpondeo de peremptoriis, poſt princ.
b Prætermittendum eſt. ¶ ſecundum Alb. Gal. e. tit. circa med.

*SVMMARIVM.*

1 *Replicatio in iudicio quid ſit, & à quo debeat fieri.*
*Replicationes ſunt poſt fundatam rei intentionem probandæ.*
2 *Replicatio de dolo an ſit contra exceptionem doli danda.*
3 *Contra replicationem actoris an poſſit a reo duplicari de excōicatione.*
*Replicatio an tollatur per excommunicationem.*
4 *Replicatio contra exceptionem oppoſita, debet eſſe pertinens, & ad ſubſtā-
tiam exceptionis faciens.*
5 *Natura defenſionis nulli ad iudicium tracto debet auferri.*

1 5. §. Nunc dicēdum reſtat de Replicationibus [a] Et eſt re
plicatio, exceptio cōpetens actori contra ex
ceptionem rei, & iſtam ſemper opponit actor: & contra replica
tionem datur duplicatio reo: & iterum actori cōtra duplicatio-
nem rei datur triplicatio: vt ff. de exceptio. l. ij. & C. eo. non exce
b ptionibus. & Inſt. de replicat. putà peto à te [b] centū, quę tibi mu
tuaui: tu excipis te dicens habere pactum de nō petendo, vel te
abſolutum ab obligatione per acceptilationem: quod probato,
abſolueris, ut ſ. in princ. huius ti. Sed ego poſſum replicare, ꝙ
tale pactum per metum, ſiue dolum, vel contra legis fuit extor-
tum, uel abrenunciatum ei per aliud pactum ultimum: quo oſtē
ſo, obtinebo, C. eo. aduerſus fratrē. C. de pact. licet. & l. pacta no-
uiſſima. extrà de pac. c. fin. & Inſt. de repli. in prin. Verum contra
meam replicationem, tu potes duplicare de alio pacto tertio, vl'
ꝙ dolus me ſciente, uel uolente interuenit, C. de tranſa. cum do
nationis ff. de reg. iur. nemo uidetur. uel ꝙ poſt metum acceſſit
conſenſus, extr. qui cleri. uel uo. c. fi. de ſpon. ad id quod. & tamē
etiam iterum poteris triplicare contra meam duplicationem de
alio pacto ultimo: ut hæc habentur Inſt. de repli. & in præal. l. pa
cta. Quandoque tamen replicatio ponitur pro reſponſione, ut
2 ix. q. 3. aliorū. †¶ Replicationes autē poſt fundatam intentionē
rei, ſunt probādæ, ar. præ. l. aduerſus. C. de proba. l. j. & l. exceptio
nem. Qualis replicatio admittatur contra exceptiones peremp-
torias litis conteſtationem impedientes, dixi. ſ. §. dicto ver. hoc
3 quoq; notandū. †¶ Sed nunquid contra exceptionem doli dabi
tur. replicatio de dolo? Videtur, ꝙ ſic, ar. extr. de excep. cum ec-
cleſiaſticæ. extr. de diuor. ſignificaſti. xxxij. q. 6. nihil. Ar. cōtra. ff.
de doli. exce. apud Celſum. § Marcellus. ext. de exce. dilecti. ext.
de iureiur. quemadmodum. Dic, ꝙ replicatio de dolo datur con
tra aliam exceptionem ordinariam, ff. de pig. act. l. 3. ff. quib. mo.
pign. uel hypo. ſol. ſicut re. §. ſuperuacuum. ff. de noxal. act. & ge-
neraliter. ſed non datur contra exceptionem doli. Item hæc re-
gula, Contra exceptionem doli non datur replicatio de dolo. in
telligitur in eodem facto, & quando actor intendit lucrari, & cū
ipſe & reus ſunt in dolo: uerbi gratia, Induxi te dolo, ut mihi ꝓ-
mitteres aliquid, & tu dolo induxiſti me, ut remitterē promiſ-
ſionē: ſi ego ago ex ꝓmiſſione, & tu excipis de dolo, qa dolo me
induxiſti ad ꝓmittendū, ego nō poſſum replicare de dolo, quo
me induxiſti ad liberationē, quia uolo lucrari. Et ſic intelligitur,
Contra exceptionem doli non datur replicatio de dolo, vt in p̄.
3 §. Marcellus. hoc proſequere, ut no. in præ. decr. dilecti. †¶ Item
quæritur, an contra replicationem actoris poſſit duplicari à reo
de excommunicatione? uerbi gratia: actor petit x. reus opponit
pactum de non petendo: actor replicat de poſteriori pacto con
trario: reus autem duplicat contra ultimum pactum ex parte ac
toris oppoſitum de excommunicatione: quæritur. an poſſit? Et
uidetur, ꝙ ſic: quia replicator actor principalis eſt, cui commu-
nicandum non eſt, ut extra eo. exceptionem. Sed dic, ꝙ per ex-
communicationem non tollitur replicatio: quia fingitur actor
defendere actionem ſuam propoſitam, & non eliſam per excep
tionem, & ſic admiſſam per libellum non reprobatum. unde ex-
communicatio prius non oppoſita, non poteſt admittere repli-
cationem. Item quia excommunicationis obiectio non tangit
4 ſubſtantiam replicationis: † cum tamen in exceptionibus & re-
plicationibus non procedatur, niſi una tangat ſubſtantiam alteri
us, ut Inſt. de replicat. §. 1. & ij. & per totum. ¶ Item not. ꝙ repli-
catio contra exceptionem oppoſita, debet eſſe pertinens, & ad
ſubſtantiam exceptionis faciens: ut ſi excipis de ſolutione, uel ꝓ
miſſione, replicabo, de pacto in contrarium facto, ff. de pactis, ſi
unus. §. pactus. Vel ſi excipio de excōmunicatiōe, tu debes repli-
care de abſolutione uera, uel præſumpta, extr. de cleri. excō pro
poſuit. extr. de ſent. ex. in præſentia. de elec. uenerabilem. Si au-
tem ego excipio de excommunicatione contra te, & tu replicas
de alia contra me, non bene excipis: quia replicatio nō tollit ex
ceptionem, ut Inſt. de exce. & replicat. niſi uelis opponere renun
ciationem: & replicas in perſonam mei excipientis, ꝙ renuncia
uerim illi exceptioni, uel uere, ut ext. de re iud. inter monaſte-
rium. uel tacite, ſ. non opponendo eam intra terminum præfixū
ad proponendas exceptiones, extr. eo. paſtoralis. & tunc ego, cu
ius exceptio per obiectum renunciatiōis eliditur, potero dupli-
care, quia impeditus fui uenire ad diem exceptionis aſſignatam
ff. ſi quis caut. l. ij. § fin. Et ita contra defenſionē nulla replicatio
obeſt, quod ad perſonam meam, niſi renunciatio, etiam ſi ſim a-
5 nathema: ut in præ. decr. dilecti eo. ti. c. fi. Et hoc eſt † propter na-
turam defenſionis nulli tracto ad iudicium auferendæ: alias ſępe
innocens condemnaretur: & quia ex quo defenſio mihi conce-
ditur, & per conſequēs omnia, ſine quibus defendi non poſſem
conceduntur, ut ff. de iuriſd. om. iud. l. ij. extr. de off. del. p̄terea. &
c. ex literis. ff. de proc. ad rem mobilem. l. ad legatum. ſecundum
c Vin. [c] Ex præmiſſis ergo ſufficiat opi. Ioan. de Deo, qui dixit, ꝙ
prius cognoſcitur de replicatione excommunicationis. quàm
de exceptione excommunicationis, ut dixi ſ. §. nunc uidendum.
d uer. ſed de qua [d].

ADDITIONES

a Replicationibus. ¶ De quibus formaui vtilē ſummā. ſ. eo. à nobis. vbi vid.
b A te. ¶ Quatuor exempla canonica vide ī ſumma prædicta. iſtud autem
fuit Bonagui. vbi ſ.
c Secundum Vincen. ¶ . eo. ti. dilecti. & alia exempla etiam ſunt ſub quinto
membro.
d De qua. ¶ Vide quod ibi dixi.

ADDITIONES NOVAE.

* Nota ꝙ ſi exceptio peremptoria opponatur an litem conteſtatam, & li-
cet ſuper ea non debuerit admitti probatio, ſi tamē probata fuerit, ſilen-
tium debet imponi actori. ita dicit Io. Andr. in c. exceptionis, de lite con-
teſt. lib. 6. in nouella.
* Quando poſſint opponi exceptiones contra literas beneficiales. no. in c.
j. de exceptioni. lib. 6. in nouel.
* An quando opponitur aliqua exceptio debeat pars citari contra quam
opponitur. Iac. But. ꝙ ſic. in l. j. C. de re iud. per l. nam ita diuus. de adop.
* Nota ꝙ exceptio ſicut actio nouari poteſt, no. in l. i. §. conuentionales. de
præto. ſtip.
* Nota ꝙ iudex faciendo actum contrarium & præiudicialē exceptioni op-
poſitæ, videtur exceptionem reiicere. ita ait Bar. in l. ait prætor. §. non ſo-
lum. & §. permittitur. de minoribus. Bar. in l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius
uo. non ier. & l. j. de ord. iud. Inn. in c. pręterea. de dilatio. Ang. in d. l. ex qua
cunque, uide c. ex parte. de appel.
* Nunquid in exceptione dicatur actor, no. in l. j. de excepti, per Dyn. & in
c. cum dilectus. de ord. cogni.
* Nota ꝙ ille cui opponitur aliqua exceptio, dicitur conueniri. ad hoc alle-
gatur. gl. in l. qui bona. §. cum inter. de dam. infec. & eſt gl. quæ incipit, do-
minus mediarum, ibi. vel ſm alios. & iſtud allegatur ad quæſtionē, ꝙ ſi ꝓ-
miſi te non ꝯuenire de caſtro quod poſſidebas, & poſtea caſtrum perueniat
ad me: quod non poſſim excipere contra te quod not.
* Quæ differentia ſit inter exceptionem & conuentionem, no. in c. j. de lite
cont. lib. 6. & Dynus ext. de reg. iur. c. exceptionem.
* Quid ſi potui opponere exceptionem declinatoriam in prima inſtan-
tia, & non oppoſui, ſi ea finita alia inſtantia inchoetur, an poſſim iterum

opponere.allegatur ꝙ non,l.ſi quis repetere.in prin. cũ ibi no.in glo.ſuper ver.quæ reo.ff.ad Turpi.& Guil in l.eũ q. de conſt.pec.& Bal.in l.exceptionem.C.de prob.

* An opponens exceptionem debeat petere ſe abſolui,no.in l.j.ff.de exce. & in l.j.de litis conteſt.

* Nota ꝙ exceptio operatur ſecundum mentem excipientis, & non operatũ niſi quatenus eſt fauor eius pro quo excipitur.ad hoc allegat do.Bal.l.fundus.ff.ſi vſufruc.pe.& modus excipiendi eſt inſpiciendus.3.q.6.c.hoc quippe.Bal.in l.cum Papinianus.C.de ſent.& interlo om iud.

* An & quando per exceptionem interrumpatur præſcriptio, Inno.in c.ij. extr.de ord.cogn.

* An iudex laicus teneatur admittere exceptionem excõicationis oppoſitã coram eo,Io.An.in nouella.in c.pia.de exc.lib.6.

* Exceptio propoſita ꝙ libellus non concludit,vel quia non continet certã cauſam,Bal.in l.exceptionem.C.de exce.

* An excipiens videatur confiteri,Bal.vbi ſ.vbi multa bona dicit.

* Exceptio ꝙ mandatum non eſt ſufficiens,vel non eſt legitimum,ſemper pt opponi,Bal.in l.non vtiliter.C.de eo qui pro tutore.

* An exceptio poſſit opponi viua voce,vel in ſcriptis,no.in l.ſcire.§ oportet.de excuſa.tuto.per Ray.& Bar.Io.mo.in c.generali. ver. nunc videamus.de reg.iuris.lib.vj.Guil.in l.j.in princ.de eden.& l.edita.C.eo.

* An pater contra filium poſſit excipere de dolo.dic.ꝙ ſic.l. 3.de arb. ſecus econtrà,l.ij.§. aduerſus.ff.de excep.doli.

* An exceptio doli poſſit opponi fiſco,no. in l.Vranius. §. ſed cum duo.de fideiuſſo.

* An exceptio Macedoniani impediat proceſſum no.in l.tam ex ꝯtractibus.de iud.in prin.& quid de exceptio. Velleiani.no.in l.j.ff ad Velleian. quid de exceptione tranſactionis & rei iudicatæ not.in l. eleganter.§.ſi quis poſt. de condict.indeb.Quid de exceptione ſolutionis,no.vbi ſ. per Bar.& no. in l fratris.C.de tranſac.ꝑ Bal.vbi dicit,ꝙ omnis exceptio quæ eſt inducta ad breuiationem litis, habet impedire proceſſum.

* Si ſtatuto cauetur ꝙ in aliquo caſu nulla exceptio declinatoria vel exceptio impediens opponatur, an poſſit implorari officium iudicis,no.in l.plane.de pet.hær.ꝑ Bal.& Iac.But.& l.fi.eo.ti.Bar.in l.j.quod vi aut clam.

* In l.exceptionem.C.de prob.quæro oppoſita exceptione dilatoria,&ꝓbata,quæ ſint partes iudicis.In.in c.j.de plus pet.Bal. vbi ſ.plene diſtinguit.

* Statuto cauetur ꝙ bãnitus poſſit impune offendi,& ꝙ hmõi exceptio poſſit qñque opponi:etiam ante litem ꝯteſtatam. modo accuſatur quidã ꝙ offendit quendã,qui dicitur bannitus, tñ non concordat nomẽ accuſationis cum nomine condemnationis. ꝙ hoc caſu non debeat admitti iſta exceptio,niſi poſt litem conteſtatam,no.in l.ij.§.idem ſubiunxit.

* Quo tempore poſſit opponi exceptio banni,no.in l.ſi maritus. §. præſcriptiones.de adul.per Bar.& in l.quamuis.de iur.& fac.igno.per Bal.

* Si aliquis tutus exceptione perpetua,non potuit ipſam opponere in iudicio propter inopiam aduocatorum,& lata eſt poſtea contra ipſum ſententia:poſtea vult ipſam opponere,an poſſit Guil.de Cu.in l.j.de exercit. act. quod ſic.Ray.contra in l.velamento.de poſtul.

* Si ſtatuto cauetur ꝙ ꝯ inſtrumentum publicum nulla poſſit opponi exceptio,an debeat intelligi de friuola,Bal.in l.j.§ j.quod vi aut clã.& l.j.§.fi. à qui.ap.non licet.fac.Bal.in l.ita pudor.C.de adulte.& Bal.in l.j. de condi. indebi.

* In c.olim de excep.Petrus de Sampſ.dicit no. ꝙ ſi aliquis ꝓponat exceptionem,propter quam ſi non admittatur timetur ꝙ ille appellabit,vt præcludat viam tali appellationi:debet iudex dicere,& ego admitto illam, ſi fuerit probata: vnde ea non probata,non cenſetur admiſſa, nec poterit appellari.Io.An.in nouel.in dicto cap.

* In l ſcire.§.oportet.de excuſa.tuto.ille.§.fac.ꝙ ſi iudex ſtatuit terminũ ad exceptiones ꝓponendas:& pars aduerſa comparuit in termino,nec exceptiones,ꝓpoſuit,ſed fuit proteſtatus ſaluas exceptiones fore:ꝙ hoc nõ ſufficit,not.in c.paſtoralis de exce.& c.quoniam contra falſam.de prob.facit quod no.Io.monach.in c.in multis.ext.de reſcr.

* In l.j.C.de fur.pone ꝙ reus oppoſuit plures exceptiones,vnam negatiue,quæ nihil implicat,aliam priuatiue quæ tacite implicat actionem competere:vt eſt exceptio liberationis,& terminus aſsignatus eſt vtrique actori & reo ſimul ad probandum quatenus incumbit vel ſimpliciter: nunquid reo currit terminus ſimul ad probandum exceptiones contrarias.gl.dicit quod non,xiij.q.j.c.fi.niſi reus ſe adſtrinxiſſet ad proban. no. Dyn. in reg. non licet,de reg.iur.lib.6.

* Si aliquis egit rei vẽdicat.& ſuccubuit,nunquid obſtabit ſibi exceptio rei iudicatæ in poſſeſſorio.De hoc no.in l.& an eadem.§.fi.de exce.rei iud.

* Exceptio proueniens ex ſtatuto ſemper poteſt opponi, Bar.in l.j.quod vi aut clam.

* An iudex teneatur neceſſario pronũtiare ſuper exceptionibus propoſitis. Tancre.in titulo de quæſtio.emergen.circa medium cauſæ.§ ſexto.Inn.in c.cum inter. de electi.& ibi etiã Compoſtella.Bar.in l.ſi iudex.ff.de his qui ſunt ſui vel ali.iu.l.de qua re.ff.de iudi.& l.j.C.de ord.iud.no.in c.paſtoralis.de excep.Bar.in dicta.l.ex quacunque cauſa.

* In l.j.C.de cond.ind.dicit Bar.ꝙ aliud eſt dicere ꝙ non admittatur exceptio:& aliud eſt quod non admittatur defenſio. Primo caſu non excludit iudicis officium,vt l.plane.de petitio.hæred.& l.fi.& l.j.ff.quod vi aut clã. per Bar.C.de tranſa.l.vbi pactum.ſecundo caſu excluditur iudicis officiũ fac.quod no.in l.ita pudor.ff.de adult.Tu dic ꝙ remouere exceptiones quę de iure communi competerent,non eſt aliud quàm fortificare actũm: & ideo non eſt verum ꝙ iudex poſſit ſupplere in defectum exceptionis,l.quotiens.de prec.imper.off.vide Bar. in l.j.ff. quod vi aut clam. Bal.in l j. de condi.indeb.& l.ita pudor.de adult.Item Bar.dicit ꝙ ſi ſtatutum remouet exceptiones intelligitur remouere eas q̃ veniunt à iure ꝯmuni,non exceptiones quæ veniunt à iure municipali,ar.l.nam ad ea.de condi.& dem.etiã ſi deſcendatur ex anterioribus ſtatutis,vt ſic leges poſteriores trahãtur ad priores,l. non eſt nouum. de leg.vbi expreſſe apparet ꝙ nouum ſtatutum intelligatur corrigere vetus,ar.l.ſciendum.qui ſatiſd.cogan.

* Quæro quare condictio indebiti non habet locum in actione quæ creſcit per inficiationem,gl.in l.certum.de iuris & fac.ign. Bal. aliam reddit rationem.

* In auth.ſi dicatur.de teſti.ꝯ rationem gl.fac. ꝙ licet dicatur libertus ad executionẽ exceptionis ſeruitutis, ex hoc nõ ſequitur confeſſio ſeruitutis,quia ſicut ille qui opponit exceptionem non videtur confiteri omnia contenta in ea eſſe vera,ſed ſolum dicere actorem ius non habere,vt c.cum venerabilis.de excepti.ita in replicatione quæ eſt exceptio exceptionis non dr̃ replicans fateri exceptionem,ſed declinare cauſam & impugnare, Reſpondeo quod oppoſitio eſt vera,quod non dicitur confiteri:tamen:quia id qđ obiicit non poteſt eſſe verum niſi præſupponatur id quod excluditur,quę eſt quædam præſumptio contra replicationem. vnde non fundatur hic intentio excipientis præciſe per replicationem,ſed admittitur interim propter replicationem & dubitationem & præſumptionem. quod notat Bal. vbi ſ.

* Nota ꝙ exceptiones impedientes litis conteſtationem ſunt multæ:imprimis exceptio dilatoria iudicij impedit,qui coram non competente iudice nemo compellitur reſpondere:vnde ſi priuilegio ſe defendit,de priuilegio debet cognoſci,vt l.ſi quis ea.de iud.& l.fi.C.de exce.Item exceptio dilatoria quæ obiicitur parti quia dico aduerſarium non poſſe agere, quia eſt excommunicatus,vt c.cum inter.de excep.Item ſi dico aduerſarium ꝓcuratorem eſſe non poſſe,l.ita demum.& l.filiusfam.de procurato.Item ſi dico cauſam talem eſſe in qua procurator interuenire non poteſt, vel ꝙ habeat ſpeciale mandatum,l.pen.§.ad crimen.de pub.iud.& l.non ſolum.§. fin.& l.Pompo.de procurato.Item ſi dico ꝙ mandatum non habet,& nemo.&c.l.ſi pupilli.§.uideamus,ff.de neg.geſt.& l.nemo.de reg.iur.Itẽ ſi dico procuratorem minorem xxv.ann.tutorem,uel curatorem,ut l.exigẽdi. de procur.& l.fi.de legiti.tut.& l.minor.de procur.Item ſi dico procuratorẽ crimine capitali,accuſatũ.l.reum.C.de procu.Item ſi dico procuratorẽ fœminam,ut l.alienam.de procur.Item ſi dico ꝙ non uult defendere eum pro quo agit,vt l.eum.de ꝓcur. Item ſi dico tutorem uel curatorem non legitime datum,ut l.fin.C.de procur.Item ſi dico procuratorem eſſe recuſatũm,l.ſi quis eum.§.fi.de proc.ff. Item ſi obiiciatur tutori ꝙ non ſatiſdedit,uel non fecit inuentarium,l.fi.C.arbi.tuto.& l. non dubiũ.de tuto qui non ſatiſde.Item ſi dico principalem minorem eſſe xxv.an.in iudicio ſine tutore uel curatore ſtare non poſſe,l.fin.c.qui dare tuto. poſ. Itẽ ſi quæſtio q̃ mouetur poſſet præiudicare maiori quæſtioni,quæ moueri ſperatur uel mouetur,l.ſi quis libertatem.de petitio. hæred.& l.fin.de ordi. cogni.& l. qui prior.de iudi.Item ſi dico me conuentum coram iudice deleg.& aduerſarius obiicit mihi ꝙ ipſum reconuenire non poſſum, niſi lite cœpta finita,ut in auth.& conuentus.de ſenten.& interloc.om.iu. Item ſi dico diem feriatum,ut l. ſi feriatis.de fer. Item ſi obiiciam actori quod eſt poſitus in magna poteſtate,ut l.pars literarum.de iudici. Item ſi obiiciam actori ꝙ non ſatiſdedit,ut in Auth.libellum.de litis conteſt. Item ſi obiiciam quod locus eſt inhoneſtus,arg.l.ſi cum dies.de ar. Item ſi dico me non poſſidere rem quæ uendicatur à me,l.fina.de rei uendic.Item ſi dico mihi datam dilationem ad deliberandum,ut in Auth offeratur,de litis conteſta.Itẽ ſi dico libellum uel actionem inepte propoſitam,l.ij.C.de feriis,& l.libellorũ. ff.de accuſa.Item ſi dico iudicem eſſe ſuſpectum,l.apertiſſimi.de iudi.Itẽ ſi dico actorem ad terminum aſſignatum non ueniſſe.nõ enim conteſtabat litem,niſi,&c.l.ſolemus.de iud.Item ſi dico quod ĩ.terminum ſibi præfixũ noluit intentare actionem,ut l diffamari.de inge.ma.Item ſi dico me factũ de actore reum,quia poſitus ſum in poſſeſſione. non enim contra me agẽs niſi,&c.l.ſi quis emptionis.C.de præſcrip.xxx.anno.& Auth.& qui.de bonis auct.iud.poſ.Item ſi dico rem tranſactione,ſententia,iureiurando finitam l.eleganter.§.plures.de cond.ind.& l.poſt rem.de re iud. Item ſi dico talem rem à iure prohibitam,l. finali.C. ut nemo priuatus.Item ſi dico rẽ ꝑſcriptione fore ſopitam,ut dicitur in decret.Inn.quarti.ar.l.itẽ ſi res. de ali.iudi.muta.cau.fac.Itẽ ſi obiiciat fideiuſſor ꝙ primo conueniatur principalis,ut in Auth.præſente.C.de fideiuſſo.Item ſi hoc obiiciat pignorum poſſeſſor,ut in auth.hodie.C.de actio.& obli.Item dico me ſpoliatum, & prius reſtituendum,ut c.j.de reſti.ſpo.& l.ſi quis ad ſe ſeruãdum. C.ad leg. Iuliam de ui pub. Item ſi quis dicat ſe graui infirmitate depreſſum, & ad iudiciũ uenire non poſſe,l.ij. ſi quis dicat ſe paratum ſoluere & cedere liti,l.ſi reus.de procu l.fin.ſi certum pe.& infiniti ſunt alij caſus. Vnum tamen in exceptione peremptoria nota, quod ubicunque exceptio peremptoria notoria eſt,ita ꝙ celari non poteſt.impedit litis conteſtationẽ,quia in manifeſtis ordo iudiciarius non eſt neceſſarius nec requirendus. unde ſicut nec pro actore,ſic nec pro reo,extr.de accu.c.is qui.l.ij.j.rñſ.ſi q̃s cautio.& l.ea quæ.de accuſa.

* Nota ꝙ exceptio dilatoria ſuperueniens poſt litem conteſtatã non poteſt opponi niſi ſuperueniat facto aduerſarij,de quo per Iac.de Are.& Bar. in l.non ſolum.§.minorum.de excu.tut.& l j.§. non tantum. de tutel. & rati. diſtra.Cy.in l.j.de iuris & fac.igno. & auth.præſente. de fideiuſſo.& l.ij.ff. de excuſat. tut.

* Nunquid exceptio peremptoria ſuperueniens reo poſt ſententiam poſſit opponi,Iac.de Are.ꝙ ſic,in dicta.l.j.§.non tantum.de tutel.& ratio.diſtr. & ibi Ray.& in l.2.§.1.de excu.tu.

* Nota ꝙ exceptio pacti & ſimiles peremptoriæ quæ non poſſunt opponi poſt ſententiam, poterunt opponi poſt ſententiam ſi agatur actione primęua,ſecus ſi agatur actione ex re iudicata.De quo per Cy.in l.j.C. de iur. & fac.igno.

* Quid ſi exceptio rei iudicatæ fuit oppoſita, per modum excludendi proceſſum,& pronunciatum eſt ipſa non obſtante fore procedendum,an ſi poſtea opponatur per modum perimendi merita cauſæ,obſtabit exceptio rei iudicatæ.no.ff.de re iud.l.i.

* Si egi rei uenditione contra filiumfa. & ſuccubui, an poſtea,potero agere contra patrem,non obſtante re iudicata.no.in l.ſi mater.§.ſi quis hominẽ. ff.de excep.rei iud.

* In l. quamuis. de iuris & facti igno. dicit Bald. quod exceptio nullitatis non eſt proprie exceptio:& ſic terminus ſtatutus ad excipiendum non cõprehendit exceptionem nullitatis, & ipſa aſſignatio termini eſt ipſo iure nulla.

* An peremptoria poſſit opponi contra primam ſententiam, quamquã actio in factum oriens ex ſententia imputetur. dic ꝙ ſic: & ſic intelligitur. l. ij C.ſen.reſcin.non po.& hoc vult gl.in l.duobus. in fine,de exce. rei iud. & fac.l.item veniunt.§.idem recte.de petitio hæred.

* In l.ſi non tranſactione.de iuris fac.igno.dicit Bal.ꝙ exceptio quæ concernit partem petitionis, non ꝯcernit aliam partem petitionis vt apparet cũ dicit reddito quod debetur,&c.

* De aliquibus excep.vide quod notat.Bal.in l.except.de probationi. C.

* Exceptio litis pendentiæ quando debet proponi,Bald.in l.peremptorias. C.ſen.reſcin.no.po.

* Exceptio laudi an ſit peremptoria impediens proceſſum Bal.vbi.ſ.

* De clauſula nulla exceptione obſtante,poſita in ſtatuto vel reſcripto Ang. in l.& non tantum.§ j.de petit.hæredi.

* An in exceptionibus ſit neceſſaria concluſio?gl.ꝙ ſic in l.j.de litis conte.& l.fideiuſſoris.de fideiuſſo.& l.ſuper longi.de præſcrip.long.temp.

* An in exceptionibus quæ fiunt de criminibus, ſit neceſſe ꝙ declarentur in loco, tempore & circunſtantiis.not.ꝑ Inn.& Arch.in c.præſentium.extra. de teſti.& in clemen.conſtitutionem.de electio.& ibi per Paulum.in l.fina. de peti.hæred.Iac.But.format quæſtionem,ſtatuto cauetur,ꝙ in cauſa criminali nulla exceptio peremptoria vel declinatoria poſſit opponi ꝑ principalem:modo pone ꝙ iudex cœpit inquirere contra aliquem de crimine de quo non poteſt per inquiſitionem procedere:comparet procurator rei, & vult ꝙ iudex non procedat:quomodo debet facere.Debet dicere,domine iudex ad officium veſtrum pertinet ineptitudinem iudicij reſecare:idcirco ego procurator non excipiendo ſed officium veſtrum implorando, peto ne de hoc crimine cognoſcatis,cum de iure non poteſtis,quia eſt vobis nota ineptitudo iudicij,vt iudici. nam leges vt iudici vobis ſunt notę, quæ prohibent per inquiſitionem procedi in hoc crimine,& tunc bene dicit,quia non excipit,ſed officium implorat.& diuerſa ſunt hæc.in l.j.de calumnia.C.& l.militis.§.filius.de procur.Iaco.Butri.

* Quid ſi iudex dicat,admitto exceptionẽ,ſi & prout debeo de iure,& nõ aliter:vel ſi & prout debeo de iure & teneor.Dynus dicit ꝙ ita dicendo videtur ſe uelle ſubiicere determinationi iudicis ad quem: & ſic ſibi uidetur interim clauſiſſe manus iuriſdictionis,vt no gl.in c cũ contingat. de offi.deleg.Bar.in l.ſi qñ.in princip.de leg.primo.Bal. in l.edita.de eden. & capitulo Cumana.de electio.& Clemen.conſtitutus.§.plures.de electio.

* In l.non videtur.de iudiciis, ſi coram iudice opponatur aliqua exceptio, vel contra libellum,vel contra perſonam agentis,videtur opponens in iudicem conſentire,nec poteſt poſtea eum declinare,l.ſed & ſi ſuſceperit.de iudic.in princ.& c.inter monaſte.de re iudic.ratio,quia cum quis opponit exceptionem,ſtatim videtur velle ꝙ ſuper ea pronuncietur: & ſi conſentit in iudicem licet ille qui petit copiam libelli,per hoc in iudicem cõſentiat, non enim ex hoc concludit ꝙ iudex aliquid faciat, ſed dicit ꝙ deliberare vult,vt hic,& Auth.offeratur. & ideo practica eſt qđ prima exceptio quæ opponitur, ſit fori declinatoria: demũ ſubdat ꝙ ſi & inquantum dicta exceptio non obſtaret, opponit aliter contra libellum & perſonam agentis, &c.Bar.

* An exceptio obſcura aliquid operetur,Bart.in l.j.de except.& l.Titiæ textores.de leg.j.& l.ſcire.§.ſcire.de exc.tu.& l.j.§.Labeo.de flum.

* Nota ꝙ eſt neceſſe quod exceptio excuſſionis opponatur, alias procedet & iudicium valebit,Bar.in l.ſi ego.ff.ſi certum petatur.

* Nota ꝙ exceptiones quæ poſſunt opponi poſt ſententiam, ita demũ poſſunt opponi poſt ſententiam,ſi ante non fuere oppoſitæ.no.gl. in l. Neſennius.§.fin.de nego.geſt.alias de re iudic.

* An exceptio compenſationis poſſit opponi in cauſa appellationis.Bal.in l.per hanc.de tempo.ap.ꝙ non.

* Quid de exceptione per quam quis ellegãs turpitudinẽ ſuam excluditur. Dic ꝙ quandocunque ante ſententiã poteſt opponi. vt c.cum ſuper. de cõceſſio.præb.per Inn.Do.ſignorolus in conſiliis ſuis.late dicit Dynus in c. ex eo & ca.Beneficium de reg.iur.lib.6.

* Quid de exceptione per quam quis deducit expenſas in re,an ſit peremptoria vel dilatoria.gl.in l.in fundo de rei vend.

* Quid de exceptione ſpoliationis, no.in c. dilectus.de reſcri. & de ordine cogni.c.cum dilectus,& de cauſa poſſeſſio.c.eccleſia.& Inno.vbi ſ.qui dicit ꝙ vbi actio vel officium non eligitur ſpecialiter contra aliquem,nõ habet locum exceptio ſpoliationis. & eſt ratio, quia hæc exceptio tantum competit, vt actor remoueatur à conueniendo reum. hic autem qui implorat officium iudicis non conuenitur, ideo ipſe propria voluntate ſe ei opponit.

* An exceptio præſcriptionis ſit peremptoria.not.in l.emptor.C.de præſc. long.temp.Ioan.An.in c.j.de litis conteſt.in nouella.& in Spec.de exceptionibus,& dicit ꝙ ſic.licet Hoſtien.ꝯ.Bar.in l.fi.ff.pro ſuo.

* Nota,quod ſi oponitur exceptio,pars aduerſa non debet reſpondere, ne ſuper ea litem conteſtetur:alias iudex haberet ſuper ea pronunciare.ita dicit Iac.Butr.in l.à procedente.de dilat.quod no. An ſuper exceptione habeat pronunciare, Bar.in l.ſi iudex.de his qui ſunt ſui vel alien.iur.& no. ſuprà eod.& l.de qua re.de iudic.& l.ait prætor.§.non ſolum. de minorib. cum ſi.

* Quid de exceptione beneficij, quod conſequitur hęres per cõfectionem inuentarij,an poſsit opponi etiam poſt ſententiam. dic ꝙ ſic.in l.ſcimus.§. licentia C.de iure deliberandi,& l.Neſennius.de re iud.per Bar.

* An exceptio compenſationis poſſit opponi poſt ſententiam,Inno.in c.ſuper.de ordi.cogni.facit l.ſi cum militi.§.ſi intra.ff.e.ti.& l.ij.de compe.Bal. in l.per hanc.in fi.de tempo.appel.dicit ꝙ non.

* Quid de exceptione quæ opponitur alicui quod poſſidet vi aut clam, vel precario.Inn.extr.de præſcr.c. veniens. alias de excep. dicit ꝙ hæc exceptio debet opponi ante litem conteſtatam,Bal.in l.j.§.fin.vti poſſid.Cy.de ordi.cog.

[illegible]c.primo.extra de reſti.ſpo.lib 6.& Inn.in c.cum inter R.no.ꝙ vbicũq; de [illegible]qua defenſione, vel exceptione conſtare poteſt ſine probatione facti ſi per iuramentum,ſtatim de illa exceptione eſt iudican. vt dicto.c.cum inter. & eſt ratio ne partes grauentur laboribus & expenſis: ſecus ubi ſunt neceſſariæ probationes facti, cum in his non poſſit *ita* de *facili* liquere ſicut in his quæ de iure ſunt,cum iura debeant eſſe nota,& liceat de iure ſupplere.fac.c.dudum.e.ti.Arch.compoſtel.in c. cum inter R. de elect. & Ioan.An.in c.ad decimas.de reſt.ſpol.

* In Auth.ſi dicatur. de teſti. ex hac litera colligitur ꝙ vbicunque aliquid dubitabile occurrit in proceſſu iudicij,cuius effectus non abſorbet ius alicuius partis,non debet propter illud differri proceſſus,ſed debet procedi ſaluo iure ſuo tempore diffinitiuæ,ſicut ſæpe contingit in poſitionibus faciendis,& in capitulis probandis,& in aliis ſimi.ſecundum Nicol.mata.& Iac.de Bel.in corpore vnde hæc Auth.ſumitur.fac.c. cũ contingat.de offi dele.fac.Bar.in l.ſi quando.de leg.j.

* Quid operetur excommunicatio per modum exceptionis.no.in c.1.de ordi.cogn.per Inn.in c.cum dilectus.eod.ti.per Hoſtien.

* Quid operetur probatio criminis per modum exceptionis.nota.in dicto. c.j.per Inn.& Hoſt.

* An ille qui proteſtatur dicatur excipere vel agere,Inno.& Hoſtien. in dicto c.j.

* In quibus caſibus poſſit opponi non agenti,not. in d.c. cum dilectus per Hoſtien.

* Quid ſi in cauſa opponatur quædam exceptio emergens, vtputa iudicis incompetentis, quæ habet impedire proceſſum ſuper qua debet pronuntiari,iuxta nota.in l.1.C.de ordi.iudiciorum.

* Iudex non pronuntiando ſuper exceptione,proceſſit ſuper principali, an valeat proceſſus,Inn.in c.præterea.de dilatio.& Cynus in l.j. de ord. iud. Bar.in l.ex quacunq;,ff. ſi quis in ius vo.non ier.& l.ait prætor.§.non ſolũ. de minorib.

* An replicationes ſint perpetuæ ſicut exceptiones,no.in l.quæſitum.§.in dolo.ff.de pecul.

* Si reus opponit aliquam exceptionem inſufficientem contra actorem, actor vero contra talem exceptionem nihil replicat: an ex hoc poſſit ferri ſententia contra actorẽ,no.per Ray.in l.qui Romæ.§.duo fratres.de ver. obl.in gl.ver.dicit ſecundo.

* An excipiens dicatur contradictor neceſſarius vel volũtarius,Arch.xxiij. diſt.illud.Bar.in l.in exceptionib.ff.de prob.In.in c.cũ inter de exceptio. & c.veniens.lo.ij.de teſti.Et nominatus dicitur reus neceſſarius, non nominatus vero dicitur voluntarius vt ibi ſ.Archi.in c.pia.de exce.lib.6.vide ĩ.ver.an excipiens dicatur contradictor.

* An exceptio laudi ſit peremptoria impediens proceſſum.Bal.ꝙ ſic.in l.ij. C.ſen.reſ.non poſ.

* An procurator vel tutor poſſit renuntiare exceptionibus peremptoriis vel declinatoriis,Bal.in l.pactum curatoris.de pac.

* Quando debet opponi exceptio litiſpendentiæ. Bal. in l.ij.C.ſent.reſcin. non poſ.

* An exceptio procuratoria poſſit opponi in execu.ſentẽtiæ.Ang.in l. Põp. §.rati.de procu.

* An excipiens dicatur contradictor voluntarius,vel neceſſarius.vide Bal. in l.poſt vendi.C.de pactis.& C.de teſti.Auth.ſi quis ab aliquo.facit ꝙ no. idem in l.non cogen.§.fi.de proc.& l.fin.C de edic.diui. Adr.tol.& l. ij. C. de pac.Ang.in l.ſi ſuſpecta.ff.de inof.teſt.Bald.in repertorio ſuper verbo reus.Inn.in c.bonæ.de app.& c.j.in fi.de confir.vti.& c.paſtoralis.de exce. fac.Ang.in l.de pupillo.§.ſi procurator.de ope.no.nun.& quod no. Bal. in Auth.itẽ quicunq;,de epi.& cle.fac.& Bal.in l.ſed alio.§ j.ff.ſi ex noxa.cau. aga.& in Auth.ſi omnes.C.ſi min.ab hæredi. ſe abſti.vide ſ. prox. verſ. an excipiens dicatur contradictor.

* Nota ꝙ non ſufficit opponere alicui,tu non es dominus,niſi dicat, nec in poſſeſſione dominij,Bar.in quodam ſuo conſilio. fac. idem Bal. in l.j.C.de teſtam.& quod no.Inn.in ſimili in c.nihil.de elec. fac.l. Barbarius. de offi. præto.

* Nota ꝙ vbicunque de alia exceptione vel defenſione põt conſtare per iuramentum,ſine probatione facti, ſtatim eſt pronuntian. ita Compoſtel. in c.cum inter R.de elec.& c.cũ inter. de conſuetu.& c.ad decimas. de reſtit. ſpo.per Io.And.in nouella.

* Ille qui renunciat exceptioni ſiue ſcienter ſiue ignoranter,non põt poſtea opponere,Bar.in l.qui procurator.§.j.de procur.

* Exceptio,tu non es procurator,an quandocunque poſſit opponi.Bal.in l. licet.C.de ꝓcur.& licet alias admiſſus ſit ut procurator, nihilominus põt opponi.fac.Bal.in l.ita demum.C.de procu.

* Exceptio facti & intentionis ſemper poteſt opponi per quemcunque Cy. l.cum ſeruum.C.de ſeruis fugi.

* An exceptio inepte propoſita repellatur, Alb.in l.j.§.Labeo ſcribit.de flu. Inn.in c.accepimus.de purgat.can.

* Exceptio incerta & generalis admittit, Alberi. in rub.C. de exce. fac.l.Titiæ texto. de leg. j. & differentia eſt inter exceptionem incompetentiæ & inepte propoſitam.

* Exceptio libelli male concepti quando põt opponi.Bal.in l.licet de proc.

* An exceptio declinatoria ſit opponenda ante alias exceptiones declinatorias,Bal.in l.ij.ff.ſi quis in ius uo.non ierit.

* An exceptio excommunicationis poſſit opponi in iudicio ſeculari. Guil. de Cu.in l.placet.C.de ſacr.eccle.fac.Io.An.in c.pia.de exce.lib.vj.in nouella.

* Quæ ſint exceptiones impedientes proceſſum, Bal.in l. poſt quam liti.C. de pac.

* An exceptio declinatoria fori ſit opponẽda ante alias omnes exceptiones, Bal.in l.ex quacunque ſi quis in ius uo.non ier.Et de ordine opponendi exceptionem declinatoriam,no.Inn.in c.inter monaſterium.de re iudica.& in ſpec.de reo.§.j.

* Nota ꝙ ſi opponitur exceptio, pars aduerſa non debet rñdere ne litẽ ſuper ea conteſtetur: alias iudex haberet neceſſe pronuntiare.ita Iac. Butr. in l.à procedente.C.de dilatio.

* An ſuper exceptione habeat iudex ꝓnunciare.Bar.in l.ſi iudex.de his qui ſunt ſui uel al.iur.& no.ſ.e.& l.de qua re.de re iud.& l.ait prætor.§.non ſolum.de mino.

* Qualiter cognoſcantur exceptiones quæ poſſunt opponi in executione, ab his quæ non poſſunt opponi, Bal in l.ab execut.quorum ap.non reci.
* Si ex forma ſtatuti contra executionem laudi nulla exceptio poteſt opponi,an poſsit opponi ꝙ non tenuit compromiſſum. Item poteſt opponi exceptio nouationis. Itẽ exceptio contrarij laudi, Bal.in l.ſi cauſam C.de executĩon.rei iudi.dicit quod ſic.item ſi ex forma ſtatuti contra executionẽ inſtrumenti guarentigiæ non poſsit opponi niſi quædam exceptio:poneq̃d inſtrumentum non eſt liquidum,ſed poteſt liquidari,& eo liquidato.liquidatum pronunciari:& deinde exequi : opponuntur quædam exceptiones peremptoriæ non contentæ in ſtatuto:quæritur quid iuris.in d.l.ſi cauſam fac.Bal.in l.fina.de compen.& l.ſi ex falſis.de tranſ.
* Si inſtrumentum dicit quod omnia inſtrumenta mandentur executioni, quemadmodum ſententiæ quæ tranſierunt in rem iudicatam,an ſtatutum intelligatur de non liquidis.Bal.vbi ſ.quod non.per l.fin.de compen.tamẽ poteſt liquidari per omne genus probationis, Bar.in l.j. de leg.ij.& quod no.Bal.in l.etiam de execut.rei iudi.
* Nota quod exceptio poſita in ſtatuto,quod procedit per viam regulæ,nihil operatur limitatio enim ſequens ita ineſt ſicut ſi fuiſſet locutus limitatè ab ipſo initio,gl.in l.ij.de in diem adiec.l.quibus diebus. l. quidam Titio. de condit.& dem. Bar. in conſilio quod incipit quia ex facto ius oritur & poſtea dicitur ſtatuto communis Aretij cauetur,&c.
* An exceptio peremptoria poſſit opponi in executione ſententiæ, Angel. in l Pomp.§.fina.de proc.dicit quod non.
* An in exceptione ſit neceſſe exprimere cauſam,Bal.in l.edita. de eden. Et quid ſi dicatur in libello,proponit omnes ſuas exceptiones,Bal.vbi ſ.quã repetit Peruſij,& vide in l.Titiæ texto.de leg.j.
* De exceptionibus opponendis poſt ſententiam,Bal.in l.j.C.de iuris & fa. igno.& l.ſi.C.ſententiam reſcin.non po.fac.quod no.in l.fideiuſſores.§.idẽ reſpondit.de fideiuſſo. & l.ſi ſoror de collationibus.
* An exceptio cõpenſationis ſit in rem,Dynus ꝙ ſic, in regula ſi quis in ius. de reg. iur.lib.6.& l.eius.de compen.& vide ĩ.de reconuen.
* An prohibeatur quis in iudicio per viam agendi petere quod fuerat deductum in alio iudicio per viam excipiendi.no.ſ.de actio.& peti.
* An exceptio vſurarij poſſit opponi poſt ſententiam, Bal.in l.cum allegas, de vſuris.fa.idem in l.ij.C.de iuris & fac.ign.
* De exceptione incompetentię iudicis Bal.in l.ius pluribus.de iuſti.& iure & Clemen.j de ſequeſtra.poſſe.& l.generaliter.C.de epiſc.& cler.
* Nota de iſta exceptione, tua non intereſſe,quando poteſt opponi,Ang. ꝑ Im.in l.poſthumus.§.ſi quis ex his.ff.de inoffi.teſta.
* Exceptio banni quando poſſit opponi, Alb. in materia ſtatutorum in 4. par.ff.de bannitis.ſtatuto lxiiij.& ſeq.
* De exceptione excommunicationis,no.in c.pia.de exce.lib.6.fac.Bar.in l. cum allegas.de vſuris,& l.ij.de iuris & fac.ignor.
* Habens plures exceptiones,ſi renunciat ſimpliciter,an videatur renunciare omnib.Bal.in l.pacta nouiſſima.C.de pact.in fi.& Cynus dicit ꝙ ſufficit renunciatio indefinita.
* An exceptio laudi ſit peremptoria impediens proceſſum,Bal.in l.peremptorias.C.ſententiam reſcindi non poſſe.
* An exceptiones peremptoriæ impediant litis conteſtationem & proceſſum,Alberi.in l.elegãter.§.ſi poſt.de cõd.inde.Et ẽt ibi quærit an exceptio pacti de non petendo.& de nõ reducendo ad arbitrium boni viri,& de pacto de non agendo,impediat litis conteſtationem & proceſſum.
* An ſi agatur contra venditorem poſſet excipi de pretio non ſoluto,Bal.in l.per hanc.C.de tempo.ap.& l.2.C.ſent.reſc.non po.
* Nota ꝙ exceptio debet eſſe clara & aperta,l.j.§. labeo.de flu. & c.pia. de exce.lib.vj.& Clem.fi.de app.Ang.l.ſi quis.de iud.
* An exceptiones quæ proponuntur debeant dari in ſcriptis,Alb.in l.j.de eden. ꝙ non de more tamen contrarium ſeruatur vt ibidem per Ange. de off.del.c.vide gl.
* An ſuper exceptione ſit pronuntiandum Alb.in l.de qua re.de iud.& l adite.C.de ord.iud.& l.ſi iudex.de his qui ſunt ſui vel ali.iu.& Ang.in l.ex quacunque cauſa.ſi quis in ius voc.non ie.& not.ĩ.
* Pone in loco exceptionis nulla poteſt opponi exceptio, ſi inſtrumentũ eſt confectum extr.territorium,an poterit,&c.Bal.in l.j.C. ne fili.pro pa.
* Nota ꝙ vbi remouetur exceptio per ſtatutum ibi remouetur reſtitutio in integrum,quia per eam peruenitur ad ius excipiendi.Cynus in l.in cauſæ, la.ij.de min.in additio.
* Nota ꝙ notat Bal.in l.j.C.de teſt.de modo opponen.exceptionem contra aliquem,fac.idem in l.edita.de eden.
* An exceptio competens reo principaliter,tranſeat ad fideiuſſorem, Alb. in l.exceptio de exceptionibus.
* An exceptio libelli male concepti poſſit opponi quandocunque, Bal.in l. licet.C.de proc.fac.c.examinata. de iud.

¶ Bald.de Exceptionibus.

SOLVTIO, Acceptilatio, vel renunciatio,non dicunt propriè exceptiones,ſed defenſiones,§ j.ver.defenſiones,& ver.ſeq.G.ergo in ſtatutis, vbi fit mẽtio exceptionũ,iſtæ nõ includũtur:q̃d no.Bal. ¶ Exceptiones,q̃ opponũtur ante litis cõteſtationẽ,ñ ſunt proprie exceptiões,C.de exc.l.pe. §. fi.e.§.ver.ſi.quod no.G. ¶ Item exceptio,ꝙ iudiciũ ſit nullũ,non eſt ꝓprie exceptio,in d.§.ver.itẽ vbicũq;.Bal.Officium iudicis,ẽt loco deficiẽtis exceptionis imploratũ,non dicit exceptio,ſed defenſio,l.fi.ff.de pe.hær. ¶ Si lex aufert exceptionẽ,iudex ñ debet ſupplere:ſi vero ñ aufert,ſed à principio ñ naſcitur exceptio,eq̃tas tñ ſuadet ſuppleri ꝑ iudicẽ,tũc iudex ſupplere debet.facit q̃d no.ff.eo.ti.videlicet.de pet.hær.l.plene.C.de trãſ. vbi pactũ.in gl.& ff.de pac.l.ſi vnus.§.pactus.& gl.in opponẽdo.vbi videas.Bal. Exceptio ineptitudinis & oĩs exceptio iuris,q̃ nõ indiget ꝓbatione, impedit proceſſum,vt no.in c.vt circa.de ele.li.6.alias in Cle.Bal. ¶ Ad opponendũ oẽs exceptiones dilatorias,poteſt vnus terminus aſſignari,§.nuc videndum.ver.item etiam.G.& in c.indultũ.de reg.iur.li.6.per Dyn. & l. de die.ff.qui ſatiſ.cog.per Gul.& Iac. & l.ij.ff. de re iu.per Bar. ¶ Hoc ꝙ exceptio de nouo peruenerit ad notitiam.ꝓbaẽ per ſacramentũ.Vber. dixit ꝑ.ver.Vbe.tñ.& ver p̃t.ẽt,& ſeq.& in d.§.ſed põe datus G.Verũ eſt,ꝙ probatur iuramẽto:ſi tñ iudex ipſum deferat,in quo deferendo debet eſſe circunſpectus,& varie ex perſonis & cauſis cõſtituere,ff.de rei ven.l.in fundo. vide gl.in l.ſi cui.§ j.ff.de ac.Bal. ¶ Exceptiões debẽt ſpecifice proponi,nõ generaliter ꝓteſtari,ver.ſed illud.G.Vnde aduocati fruſtra proteſtanẽ exceptiões,quas non opponũt.valet tñ in hoc,quia non intelligiẽ excipiẽdo cõfiteri intẽtionẽ aduerſarij, vt no.ĩ.e.§.viſo.ver.ſi vero.& verſ. niſi forte. Stipulãti ꝓ intereſſe tertij,p̃t opponi exceptio de ĩcapacitate illius tertij, vt no.in l.vij.ff.de cõd.ind.Bal. ¶ An à facto,ſeu proceſſu poſſit appellari, ſicut ab interlocutoria,ver.& no.ſcd̃m Vber. dũ tñ nõ appelletur ante factũ,ſed poſt factũ,vel cõminationem,C.de app.l.ſi quis prouocatione.&§. viſo.ver.q̃dam nouitij.per G. ¶ Exceptio excõicationis p̃ot opponi corã iudice ſeculari,ver.& no.C.de iur.& facti ig.l.j.& Inſt.de ca.dim.§.minor. Si iudex pronunciat exceptionẽ probatam,& non condemnat tunc in expenſis,an poterit condemnari ex interuallo? ſentit ꝙ non,verſi.ſed quid ſi iudex.G.In contrarium facit extr.de app.c.ſæpe.per Inn.uide ĩ.de expen. §.poſſunt. ¶ Antequã reus recipiat libellum, nullam poteſt exceptionem proponere,uer.illud quoq; notatu dignũ.G.Vin.doctor egregius,dixit,ꝙ publicatis atteſtationibus p̃t exceptio peremptoria opponi, & ꝓbari per teſtes,ſi ſit talis,quę ñ deſtruit alias exceptiones directe,ſed deſtruit ius petentis:ut exceptio pacti:ſecus in exceptione falſi.niſi allegeẽ, & ꝓbeẽ corruptio,§.dicto uer.ſed nũq̃d atteſtatiõibus.uer.Vin.G.indirecte uero põt teſtes reꝓbari:uide plene ĩ.de app.§.id ĩ quo.cũ.xvij.§.ſeq.licet ibi loquaẽ in cauſa appellationis. ¶ Si ſuper exceptione peremptoria eſt ꝓnũciatum pro ſe,& poſtea ſuper principali.& appellatur ã principali,põt iudex appellationis interlocutoriã illã caſſare, quia tota reperitur & reuoluta in diffinitiua,ſcd̃m Inn.ſecus ſi interlocutoria ſit extra factum principale,C. de proc.l.ita demum.uer.item quid ſi.G.dic,ut in c.ul. de app.lib.vj.Bal. uide q̃d no ff quod metus cauſ.l.ſi cũ exceptione.§.in hac.Bal. ¶ Exceptio non facti inuentarij,eſt exceptio nullitatis inſtantiæ : & poteſt ſemper opponi,uer.quid ſi poſt.G.ſ.à minore,non contra eũ,ſi ratificat;quod iure ſpeciali ſibi conceditur,licet ſit defectus ſolennitatis.nã inuentariũ eſt de ſoleñnib.C.in quib.cauſ.l.ſi tutor. ubi de hoc Bal. ¶ Idem in exceptione nullitatis,quæ cauſatur ex defectu iuriſdictiõis,quæ ſemper p̃ot opponi ex eo, ꝙ uigore ſtatuti,uel legis in actu tollantur oẽs exceptiones,ut eſt gl.ſingularis in Cle.j.de ſeq.poſ.& fruct.quã tene menti.& hoc uerum eſt,niſi ſit cã talis naturæ,in qua iudex non reperiatur,ut in cauſa papæ:quo caſu ſi iure poſitiuo tollantur omnes exceptiones,iſta exceptio non p̃ot opponi : ut ſi opponatur contra electionem papæ, ꝙ non ualeat,quia facta à cardinalib. ſuſpenſis & excommunicatis,ut in c.licet de uitanda.de ele. ¶ Quæ exceptiones impediant proceſſum cauſæ principalis,uel appellationis.uer.ut autem per tres col. ¶ Quæ dicũtur exceptiones rei finitæ:certe illæ,quæ finiũt rem in iudicio,uel motam controuerſiã iam dirimunt,ut exceptio rei iudicatæ,trãſactionis,iuſiurandi, & renũciationis litis, ſed exceptio præſcriptionis de conſuetudine non examinatur ante litis conteſtationem,uer.itẽ poteſt.& ſeq.G. ¶ Quædam exceptio oritur ex cauſa,quæ perimit naturalem tantum:quædam ciuilem tantum : quædam utranque obligationem: quædam neutrã,uer.& ut plenius.G. ¶ Quando oritur actio ex reſcripto, & quando non,uer.rurſus.G. ¶ Exceptio perẽptoria debet opponi actioni intentatæ,non libello, & ideo ante litis conteſtationẽ non p̃ot opponi, q̃a nondum exercetur actio:uer.itẽ ſi petitione.B.Et ſi opponitur petitioni,non opponitur ad id,ad quod excipitur indirecte elidendus.unde uidatur fateri factũ ab actore intentatum,§.uiſo.uer.eſt ergo quod not. ¶ Exceptio non numeratæ pecuniæ competit contra confeſsionem:ſed in factũ, contra annexam promiſſionẽ,uer.ſupereſt. G. ¶ Qñ quis negat factum ꝑ ſcripturam propriam conuictus,perdit omnem defenſionem:ſecus ſi factũ tãtum,uer.quid ſi debitor.G. ¶ Beneficium uero perdit per mendaciũ.ff. de fideiuſ.l.ſi dubitetur.Poſſeſſio autem non perditur per mendacium: ſed commodum eius,quod debet auferri,in auth.de trien.& ſemi.§.pe ar.ff.de inter act.l.non alienum.Commodum autem ſententiæ perdit qui eam inficiatur,ut no.de fi.inſtru.in c.G.perpetuus.per Inn.vide ĩ.de loca. §. ſi in emphyteuta negauit Baldus. ¶ Quo ordine ſint proponẽdæ exceptiones fori,& aliæ declinatoriæ?Primo debet proponi cauſa, quæ funditus eneruat iuriſdictionem:ſecundo ea,quæ eximit à iuriſdictione:tertio exceptio ſuſpicionis:quarto exceptio,quæ elidit:deinde ꝓcuratorẽ,& reliquę, uer ſicu.porro in proponendo.G.ff.de re iud.l.quidã.per Bar.Alii dicunt ꝙ in ordine exceptio ſuſpicionis debet eſſe prior.nam qui alias opponit, facit eum iudicem in decidendo.Sed reſp. ꝙ non ipſe:ſed lex facit : nec niſi ſup illo articulo facit.ff.de iud.l.ſed & ſi ſuſceperit.uide ĩ. de petitorio. ¶ An exceptiones ſint proponendæ in ſcriptis.uer.ſed nũquid iudex.G.ff.de excuſ.tut.l.ſcire oportet.§.fi. Bal. ¶ An in exceptione excõicationis debeat exprimi ſpecies,& cauſa:& q̃d ſit hoc dictũ.uer.ſed qñ excõicationis. ¶ Illæ exceptiones ſunt ualidæ,q̃ habẽt robur à iure, uer ꝓpoſitis aũt G. & apertæ.ff.de flu.l.Labeo.debet iudex admittere ualidas,& ꝑtinentes,& aptas nõ alle.G. ¶ Iudex,q̃ admittit exceptiones ſub cõditiõe,ſi probabiliter.nõ dr̃ grauare,uer.itẽ cautus. ¶ Practica ſuꝑ taxatione expenſarũ, & an poſſit reſeruari cõdẽnatio:& taxatio,uer.q̃d ſi reus.& ſeq.G.qñ ueniũt ex interlocutoria,ſic,de appe.c.ſæpe.ꝑ Inn.qñ ex diffinitiua nõ q̃a ẽ fũctus offic.G.Et dicit,ꝙ ſm ſtylũ curiæ fit reſeruatio,G.ſic ff.fami.erciſ.l.itẽ Labeo.§.j.de hoc in l.terminato.C.de fruct.& lit.expen. uide ĩ.de iur.cal.§. fi. ¶ Grauamen ex interlocutoria p̃ot reuocari, nõ obſtãte appellatione: ſ.re integra,ẽt parte abſente:ſecus ſi ſit incœptus ꝓceſſus ſuꝑ appellatiõe, uer.ſed ſi iudex.uide & ſeq.& uerſ.ſed pone,ꝙ. G.Et ſi eſt appellatum, p̃t reuocari poſt decẽ dies,alias nõ,niſi de conſenſu partium,ſm Inn.uer.ſed nunquid iudex.G.quod eſt uerũ,ſi ex interlocutoria eſt nata actio,ff.de pr. ſtipul.l j.in fi.& ibi no. ¶ Alii dicũt,ꝙ illud ideo erat,quia erat facta executio inter partes,ſcd̃m Rayna. & Bart. ¶ Exceptio rei nõ traditæ, & pretij non ſoluti,p̃t opponi in executione ſententiæ,per l.ſi duo patroni. §. item illud.ff.de iureiuran.ſed ibi ex ipſo iuramẽto oritur actio,ſeu petitio, aduerſario:non ſic ex ſentẽtia,cùm nõ ſit actum ad hoc,per l.duobus.ff.de except.rei iu.ſed ibi uictor non innitebatur ſentẽtiæ,ſed primæ actioni,& per

l fundum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſfundum,qui Lucius.ff. de rei vend.ſed ibi erat res obligata:ſed certe hic
eſt quaſi obligata,vt in §.offerri.§.dicto ver.ſed pone,petij.Guil.Item nõ
eſt hæc exceptio pemptoria in ↄtractibus nominatis,ſed moratoria execu
tionis.Tutius eſt vero,ꝙ iudex pronũciet de vtraq;,ſecũdm no. C. de ſen.l.
cum eorũ.Ego dico,ꝙ non iure exceptionis,ſed eodem officio venit vtra
que,ar.C.vbi cau.fiſ.l.cũ venditur.C.de repudi.l.j.& ff.de pet.hær.l.fi.Bal.
¶ In ſucceſsiuis delictis q̃diu delinquit,actio naſcit̃,nec præſcribitur,ar.
ff.de vſufr.accreſ.l.j.in fi. & ideo a qualibet parte tẽporis dinumerari põt
ius accreſcendi,arg.ff.de adul.l.mariti.§.ſex menſes.Secus in ſnia, quę ẽt
quotidie naſcentẽ actionẽ pimit,vt no.ff.de iureiu.l.qui iuraſſe §.in popula
ribus,q̃a cãm tollit.Bald. ¶ Replicatio debet eſſe ad ſubſtãtiã exceptiõis.
& de eodẽ,vbi ad factũ opponitur.§.nũc dicendũ.ver.fi.G.Sed vbi ad per
ſonã,dic,vt in l.cum mulier,ff.ſol. mat.per Iac.de Are.& Batio. ¶ Licet
ↄ ſententiam non poſſit opponi exceptio,tñ non meretur ſententiæ execu
tionem,niſi in radice,& in ſubſtantia ſit liquida,l.hoc aũt.§.j.ff.ex qui cau.
in poſ.ea.ibi,liquerit.qui tex.eſt aureus ad hoc.Bald.

a ¶ De Satiſdationibus[a]. Rubrica.

QVoniã oblato libello quędã cautiones in iudicio præſtãtur,ideo vtile eſt vt de eis aliqua ſubiiciamus. Et primo dicamus de ſatiſdationibus principaliũ perſonarũ:ſcilicet de ſatiſdatione actoris, & rei.Poſtmodum de ſatiſdatione perſonarum pro aliis in iudicio interuenientiũ, ſcilicet procuratoris actoris,& procuratoris rei, & defenſoris, & tutoris, & de quibuſdam aliis ſatiſdationibus extraiudicialibus,&c.

ADDITIO.

a Pileus ſine rubrica tractat de his in prin. ſui operis. ¶ Bag.etiã non facit Rubric.tamen charta ij. circa mediũ aliquid tractat de ſatiſdatione agentiũ nomine alieno. ¶ Tan.parte i j.facit tres rubricas de tribus ſatiſdationibus,actoris,rei & agentiũ cauſas alienas.¶ Roſ.vbi tractat de actionib⁹ ex ſtipulatu,rubr. ii.iij.& ix.de his hoc ordine tractat,de ſatiſdatione Rem ratã haberi.Iudicatũ ſolui,& Iudicio ſiſti.de quibus tangit auctor ĩ.de pi. ſup ij.part rubri. ¶ Neuter Vber. nec Io.de Deo fecerũt de hoc rubricã, nec Bonagui.¶ Aegid.rubr.xj.cum duabus ſeq.tractauit de his. ¶ Alber. Gal.aliquid de his tractat rubri.ſua prima,ſcilicet de procurat.

*SVMMARIVM.*

1 *Datio fideiuſſoris quo caſu poſſit actori remittit:& ipſa remiſſa,quid ab eo ſit exigendum.*
2 *Actor non veniens in termino,ad quem aduerſarium citari fecerat,non eſt ante expenſarum reſtitutionem audiendus.*

¶ Actor qualiter habeat in iudicio ſatiſdare.

1.§.Actor igitur,qui vult agere,libellum ſuæ petitionis
debet porrigere:& per iudicẽ, ſeu eius execu
torem eſt offerendus reo:vt dicam ĩ de lib.concep.§.reſtat. Ve
rum tamen prius quã actor iudici libellũ porrigat, ſatiſdabit cũ
idoneo fideiuſſore,ꝙ vſque ad finem litis perſeuerabit in cauſa,
quodque eam per ſe, vel per procuratorem ſuum perficiet: &
quod ſi eum apparuerit litem iniuſte mouiſſe, dabit reo deci-
1 mã partem litis in libello comprehenſę.† ¶ Si vero conſtiterit p
ipſius ſacramentum,ꝙ fideiuſſorem dare non poſſit,remittitur
ei datio fideiuſſoris,ſed iuratoriã exponet cautionem,& in libel
lo profiteri debet ſe facturum hæc omnia. Et hoc verum eſt ge-
neraliter,ꝙ talis cautio pręſtari debet,niſi cauſa moueatur ex cõ
ſenſu vtriuſq; partis: puta ꝙ apud arbitros,vel quod melius eſt,
id eſt, quod cautio de vtriuſque partis conſenſu remittatur.
Hæc omnia habẽtur,C.de epiſ.& cle.auth.generaliter.C.de aſſe.
tol.l.j.§.omnes.Hoc autem facto iudex libellum recipiat,& citet
reum,vt veniat,vt dictum eſt ſ̃.de citat.§.ſequitur.& § ſeq.& cũ
venerit,debet actor iterum cautionem exponere in eũ quem di
a xit ſibi obnoxium,vel in negotii executorem[a],quod intra duos
menſes litem conteſtabitur:quod ſi nõ fecerit, omne damnum
duplo reſarciet reo, ita tamen ꝙ cautio illa nõ tranſcendat ſum
mam xxxvj.aureorum,vt C.de lit.cont.auth. libellum. & de di-
la.auth.quod fieri.quæ habentur iij q.iij §.ſpatiũ.& in auth de li-
b tig.§ ad excludendas. Tamen,ſecundum Tan.[b] iudex ſtatim po-
teſt recipere libellum, & actor ſimul præſtet vtrãque cautionẽ,
ante quam reus libellum recipiat, quod nõ eſt abſonum dicere.
Verum licet iura has præcipiant pręſtari cautiones,hodie tamẽ
c non præſtantur,contraria de conſuetudine præualente[c],argum.
iiij.diſt.§.leges.& no.Inſt.de ſatiſd.§.ſed hodie.& ĩ §.prox.pro-
pe princ.Itẽ nõ ſunt coram arbitro præſtãdæ,vt ſ̃.de arbitris, §.
2 differt.ver.item coram eo nõ.† ¶ Porro actor, qui non venit in
termino,ad quem aduerſarium citari fecerat,nõ auditur niſi pri
us reſtitutis expẽſis,& idonea cautione præſtita,& in alia cautio
d ne fideliter comparebit:qđ dic, vt extra de do. & cont.actor[d].
De accuſatore dic, vt iiij.q.v.quiſquis.Sed & mulier nõ præſtat
prædictas cautiones iudicio ſiſti,ff.qui ſatiſd.cog.de dic.§.j.

ADDITIONES.

a Executorem. ¶ Per cuius ſtipulationem acquirebatur reo actio, per l.ff. rem pup.ſal.fore.non quaſi.in prin.
b Secundum T. ¶ & Pileum.quorum,vbi ſ̃.fuit totum,quod hic dicitur,vſque ad ver.porro exceptis remiſſionibus autoris.
c Pręualente. ¶ Dicit Tan.ꝙ audiuit do.Azo.rem ſic dicentem:& Pil.& ipſe Tanc.dicunt,ꝙ ſuis temporibus illas pręſtari non viderũt: & hæc dico, ne credas hoc nouiſſimum.
d Actor. ¶ lib.vj.

*SVMMARIVM.*

¶ Reus qualiter ſatiſdare debeat in iudicio.

1 *Conueniens rei vendicatione forenſem, equum conuenientis ducentum per locum ſuum,an & qualiter fieri debeat ſatiſdatio.*
2 *Clericus quo caſu teneatur ad cautionem ſeu ſatiſdationem.*
3 *Prælati eccleſiarũ licet decimam litis,aut aliam partem non poſſunt recuperare,poſſunt tamẽ expenſas moderatas, & pro eis pignora recipere.*
4 *Papa poteſt ſuã ſententiam, vel auditoris ſui vbique executioni mandare.*
5 *Scholaris Bon.conuentus,cauens iudicio ſiſti, ſi alium ſcholarem offert fideiuſſorem,an ſit audiendus.*
6 *Satiſdare an poſſit quis coram vno,quod coram alio aget.*
7 *Recuſans examen delegati non cauet coram eo,quod reſpondebit coram domino feudi.*
*Roma eſt communis patria.*
*Satiſdare quis debet coram illo iudice,coram quo conuenitur.*
8 *Scholaris plures habens iudices,coram quo habebit litigare.*
9 *Satiſdatio eius,qui non poſſidet immobilia, qualiter, & qua forma ſit in ſcriptis reponenda.*
10 *Fideiuſſor in iudicio ſiſtẽdi cã datus, debet pro rei qualitate locuples eſſe.*
11 *Pro eccleſia,quæ conuenitur,ſi fideiuſſorem non inueniat ſufficientem, an poſſit eius vaſallus admitti.*
12 *Forma cautionis,quam habet præſtare contumax intra annum veniẽs,voleñſque recuperare poſſeſſionem, cuius commodo deſtitutus fuerat per primum decretum propter contumaciam.*

2.§.Dicto de actoris ſatiſdatione,nunc de reo dicendũ
eſt Et quidem reus,cum libellum recipit,ſatiſ
dare debet ꝙ vſque ad finem litis permanebit, vt Inſt.de ſatiſd.
§.ſed hęc hodie.iii.q.iij differatur ff.de offi præ.ſenatus.in fi. Ve
runtamẽ ſi poſſidet immobilia, ſufficit ei ponere iuratoriã cau-
tionem,vt ibi,ff.qui ſatiſd.cog.ſciendum,non tamẽ cauet de iu-
a dicato ſoluendo, Inſt.eo.§.ab eius vero[a].Exponet ẽt reus aliam
cautio-

ADDITIO.

a Vero. ¶ Do.meus in legibus pulchre dicebat,ſuper l.j. ff. qui ſatiſda.cog. ꝙ gl.magna illius legis debeat eſſe ſuper rubrica, cuius rubricæ ſunt tres quæſtiones. Prima,qui ſatiſdare cog. Secunda, q iuramento promittunt. Tertia qui ſunt,quorum promiſſioni cõmittitur,id eſt,qui ad neutrũ tenẽtur. Ad primam reſpondet,ꝙ ſatiſdat iudicio ſiſti,qui nõ poſſidet immobilia,vt præd.l.ſciendum. Item qui ſe offert defenſioni,cũ mandato,vel ſine: q̃a nullus alterius litis idoneus defenſor eſt ſine ſatiſdatione: vt præ. §. ab eius & §.ſi vero.eo.ti.& no.ff.in ius vo.vt eant.ſup rubrica. Ad ſecundã reſpondetur, quod hi qui immobilia nõ poſſident nec fideiuſſores dare poſſunt.C.de epiſ.& cle.auth.generaliter.& Inſt.hoc ti.§.ſed hodie.& pſonæ honoratæ,C.de prox.ſacr.ſcri.l.j.& ij. Ad tertiam reſpondetur de clericis, C.de epiſc.& cle.l.cum clericis,vbi non iurant. Item nec ſatiſdant,in auth. de ſan.epiſ.§.ſiue aũt pecuniaria cauſa. Itẽ ille,de quo ſic conuenit. Inſt.de rer.diui.§.venditæ. Liberatur aũt,qui ſatiſdare tenetur,dando pignora,ff. de col. bo.l.j.§.iubet. ad hoc tamen notentur.,& ſic loquit̃ l.prætoriæ ff.de præt.ſtip. ¶ Adde,& primã quæſtionem limita,ſ.ꝙ non poſſidens immobilia,tenetur ſatiſdare, ꝙ hæc regula non habet locum in eo,qui multa bona mobilia poſſidet,quæ de facili non poſſent occultari, ſecundũ Gui. de Cu. Cy.bal.in l.ſciendũ.ff.qui ſatiſ.cog.& Bal.& Imo.in l.facere.ff.ſol.mat. Secundo fallit,vbi ego à te prius conuentus, puta ad equũ,fuerim contumax in præſtanda tibi ſatiſdatione de iudicio ſiſti, & demum ille equus ad te peruenerit:& poſtea ad eundem ego te conueniam,non potero à te petere cautionem,in qua præſtanda ego fui contumax,& hoc probatur, ſecundũ Ange.& Roſ.in l.qui bona.§.ſi quis ff.de dam.infec. Item limita,ꝙ veniẽs ad defenſionem alterius, tenetur ſatiſdare,non habere locũ,ſecundũ Ang. in d.l.ſciendum,in eo,qui venit ad defenſionem vnius articuli:alleg.gl.ſingularem l,in eo.ff.de re. iur,quã glo.ſequitur Bar.in l.ſi vero.§.de viro.ſol. mat. Imo.in c.veniens.de accu.Bal.in l.reos.C.de accuſ. ¶ Quo ad ſecundam q.ꝙ ſufficiat iuratoria cautio,limita,ſecundum Bal.& Pau.de Caſ.in l.j.qui ſatiſ.cog in.ſi iudex habeat præſumptiones,vel indicia, ꝙ ſatiſdare poſſit,arg.l.iij.§.j.ff.de iureiur.ſecũm Cyn.& Odof.quem refert Cy.in addit.in d.l.n.eſt neceſſe,ꝙ iuret ſe non poſſe dare fideiuſſorem:q̃a ſubiret anceps periuriũ.§ l.videamus. de in lit.iur.ſed debet iurare ſe credere,ſe de facili non poſſe inuenire,per l.de die.eo ti. Item limita nõ habere locũ iuratoriã cautionem in criminalibus:ſalua in muliere,ſecundum præfatos Doc.per l.j.§.ſi quis reũ.ff.de cuſt.reo.& in auth.nouo iure. C. de cuſt.reo. Plures caſus,in quibus non ſtatur iuratoriæ cautioni,vide p gl.& Doc. in l.iiij. C.de vſu.& fruc.leg.p gl.& Doct.in c.qua fronte.de app.Ant.de But. in c.ſi.de ſeq.poſ.& fruc Paul.de Caſ.in l.ij.ff.ſol. ma. ¶ Quo vero ad tertiã q.ꝙ ille,q debet ſatiſdare,liberatur dãdo pignora:ꝙ nõ liberatur ille, qui promittit ſatisfacere, ſecundũ Guil.de Cu. quem communiter alii ſequuntur in d.l.i.& hoc p tex.in auth.ut cum de app.cog.§.aliud.in uerbo, deſyderium implemus. Et an qui tenetur dare fideiuſſorem,ſi iurat nõ poſſe dare in uno loco,poſſit dare in alio.uide Alex.conſ.lvij.iij.lib.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN